

Qui seminat iniquitatem, metet mala, & virga irae suae consummabitur. *Prov. 22, 8*
 Fili, non semines mala in sulcis iustitiae, & non metes ea in septuplum. *Eccli. 7, 3*
 Arafis impietatem, iniquitatem mellisitis, comedistis frugem mendacif. *Oste 10, 13*

T I T U L U S XIV.

Senectus.

Senectus vtriusque a tonis honoratur.

Coram cano capite consurge, & honora personam senis: & time Dominum Deum tuum. *Levit. 19, 32*

In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. *Job 12, 12*
 Igitur Eliu expectavit Job loquentem: eo quod seniores essent qui loquebantur. *Ibid. 32, 4*
 Eliu dixit: Junior sum tempore, vos autem antiquiores, idcirco demisso capite, veritatem vobis indicare meam sententiam. Sperabam enim quod aetas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret sapientiam. *Ibid. v. 6*

Corona dignitatis senectus, quae in viis iustitiae reperitur. *Prov. 16, 31*
 Dignitas senum, canities. *Ibid. 20, 29*
 Senectus enim venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata: Cani autem sunt sensus hominis, & aetas senectutis vita immaculata. *Sapient. 4, 8*
 In multitudine presbyterorum prudentium sta, & sapientiae illorum ex corde conjungere: *&c. Eccli. 6, 35*

Ne spernas hominem in sua senectute: etenim ex nobis senescunt. *Ibid. 8, 7*
 Ne despicias narrationem presbyterorum sapientium, & in proverbii coram conversare. Ab ipsis enim discas sapientiam, & doctrinam intellectus. Non te praeterat narratio seniorum — quoniam ab ipsis discas intellectum. *&c. Ibid. v. 9*

Quam speciosum canities iudicium! — Quam speciosa veterans sapientia, & gloriosus intellectus & consilium! Corona senum multa peritia, & gloria illorum timor Dei. *Ibid. 25, 6*
 Seniores ne increpaveris, sed obsecra ut patrem. *1. Tim. 5, 1*
 Tu loquere quae decet sanam doctrinam: Senes ut sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia. *Tir. 2, 7*

Adolescentes, subditi estote senioribus. *1. Petr. 5, 5*

Vicia reproborum.

Tres species odit anima mea — pauperem superbum: divitem mendacem: senem fatuum & insensatum. *Eccli. 25, 3*
 Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. *Isa. 65, 20*
 Egressi est iniquitas de Babylone a senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. *Dan. 13, 5*
 Inveterate dixerunt malorum. *Ibid. v. 52*

Sensire idem. Vide Concordia fratrum.

T I T U L U S XV.

Sepultura.

Sepelire mortuos, opus est misericordiae.

Atque ita sepelivit Abraham Saram uxorem suam in spelunca agri duplici, quae respiciebat Mambré. *Gen. 23, 19*

Et deficiens (Abraham) mortuus est in senectute bona, proventusque aetatis, & plenus dierum: congregatusque est ad populum suum. Et sepelierunt eum Isaac & Ismael, filii sui in spelunca duplici, quae sita est in agro Ephron, &c. *Ibid. 25, 8 c. 35, 8*

Mortua est ergo Rachel, & sepulta est in via quae ducit Ephratam, haec est Bethlechem. *Ibid. 35, 19* Consumptusque aetate (Isaac) mortuus est in via quae ducit Ephratam, haec est Bethlechem. *Ibid. 35, 19* Consumptusque aetate (Isaac) mortuus est in via quae ducit Ephratam, haec est Bethlechem. *Ibid. 35, 19*

Ascendam igitur & sepeliam patrem meum, & reverterar. *Genes. 50, 5* Et portantes eum in terram Chanaan, sepelierunt eum in spelunca duplici, quam emerat Abraham cum agro in possessionem sepulchri ab Ephron Hethazo contra faciem Mambré. *v. 13*

Mortuusque est ibi (in deserto Sin) Maria (Sara Moysi) & sepulta in eodem loco. *Nam. 20, 1*
 Filii autem Israel moverunt castra ex Beroth filiorum Jacan in Mosera, ubi Aaron mortuus & sepultus est. *Deut. 10, 6*

Non permanebit cadaver ejus (qui suffragus est in partulo) in ligno, sed in eadem die sepelietur: quia maledictus a Deo est qui pendet in ligno. *Ibid. 21, 23*

Et post haec, mortuus est Josue filius Nun servus Domini, centum & decem annorum: sepelieturque eum in finibus possessionis suae, &c. *Josue 24, 29*

Et mortuus est Samuel, & congegatus est univertus Israel, & planxerunt eum: & sepelietur eum in domo sua in Ramatha. *1. Reg. 25, 1*

Veneruntque Jabs Galaad, & combusserunt ea ibi: & tulerunt ossa eorum (Saul regis & sororum) & sepelierunt in nemore Jabs. *1. Reg. 31, 12*

Misit ergo David nuntios ad viros Jabs Galaad, dixitque ad eos: Benedixi vos a Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum Domino vestro Saul, & sepelitis eum, &c. *2. Reg. 2, 5*

Tuleruntque Asael, & sepelierunt eum in sepulcro patris sui in Berlechem. *Ibid. v. 30*

Cumque sepelissent Abner in Hebron, levavit rex David vocem suam, & flevit super tumulum Abner: flevit autem & omnis populus. *Ibid. 3, 32*

Dormivit igitur David cum patribus suis, & sepultus est in civitate David. *3. Reg. 2, 20*

Dormivitque Salomon cum patribus suis, & sepultus est in civitate David patris sui. *Ibid. 11, 43*

Tulit ergo Prophetes cadaver viri Dei, & posuit illud super animum — Et posuit cadaver ejus in sepulcro suo: & planxerunt eum. *Ibid. 13, 29*

Dormivitque Roboam cum patribus suis, & sepultus est cum eis in civitate David. *Ibid. 14, 31*

Sepulchrumque est (Amasai Rex) in Jerusalem cum patribus suis in civitate David. *4. Reg. 14, 20*

Mortuus est Asa & sepelierunt eum in sepulcro suo, quod foderat sibi in civitate David: &c. *2. Par. 16, 14*

Seniit autem Jojada plenus dierum, & mortuus est — Sepelieturque eum in civitate David, cum regibus: &c. *Ibid. 24, 15*

Mortuusque est (Johas) & sepultus in mausoleo patrum suorum: & univertus Juda & Jerusalem luserunt eum. *Ibid. 35, 24*

Cum — rex Sennacherib — iratus multos occideret ex filiis Israel, Tobias sepeliebat corpora eorum. *Tob. 1, 22*

Cumque abiisset, reversus nuntiavit ei, unum ex filiis Israel jugulatum jacere in platea. Statimque exiens — prevenit ad corpus. Tollenique illud, portavit ad domum suam occulte, ut dum sol occubisset, caute sepeliret eum. *Ibid. 2, 3*

Cum accepit Deus animam meam (dixit Tobias filio suo) corpus meum sepeli: & honorem habebis matri tuae omnibus diebus vite ejus. *Tob. 4, 3. Cap. 8, 13. Cap. 14, 12. &c. v. 14*

Quando orabas cum lacrimis, & sepeliebas mortuos, & delinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. *Job. 12, 12*

Mortuus tibi inveneris, signans commenda sepulcro, & dabo tibi primam sessionem in resurrectione mea. *4. Esdr. 2, 23*

Mortuo non prohibeas gratiam. *Eccli. 7, 37*

Fili, in mortuum produe lacrimas, & quasi dira passus incipe plorare, & secundum iudicium contage corpus illius; & non despicias sepulturam illius. *Ibid. 38, 16*

Juda: accitantes inibi idcirco fuerunt per iudicium iniquum morte damnati. Quam ob rem Tyrri quoque indignati, erga sepulturam eorum liberalissimi exiterunt. *v. Mach. 2, 4, 49*

Et accedentes discipuli ejus (Joannis Baptistae) tulerunt corpus ejus, & sepelietur illud: & venientes nuntiaverunt Jesu. *Mat. 14, 12*

Hic (Josph) accessit ad Pilatum, & petit corpus Jesu. Tunc pilatus jussit reddi corpus. Et accepto corpore, Joseph involvit illud in sindone munda. *Ibid. 27, 58. Act. 13, 29*

Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Jesum nocte primam, ferens mixturam myrris & aloes, quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Jesu, & ligaverunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Judais sepelire. *Jos. 19, 39. 1. Cor. 15, 4*

Sepultura honorifica carere afflicto est, & ira divina ac vindictae signum.

Inquis Jesu: ite & videte, maledictam illam (Jezebel & senesci & accipitatem) & sepeliet eam: quia filia regis est. Cumque inquit ut sepeliret eam, non invenerunt nisi calvariam, & pedes, & summas manus. Reversusque nuntiaverunt ei. Et ait Jesu: Sermo Domini est, quem locutus est per servum suum Eliam Thesbitem, dicens: In agro Jezebel comedit canes carnes Jezebel, & erunt carnes Jezebel sicut stercus super faciem terre, &c. *4. Reg. 9, 34*

Mortuusque est (Foram) in infirmitate pessima, & non dicit ei populus: Levanatur morem combustionis, exequias, sicut fecerat majoribus ejus — quia ambulavitque non recte, & sepelietur eum in civitate David: verumtamen non in sepulcro regum. *2. Par. 27, 19*

Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Jerusalem, & non erat qui sepeliret. *Isa. 78, 3*

Quia peccaverunt Domino Judaei: non colligentur, & non sepelietur: in sterquilium super faciem terrae erunt. *1. Reg. 8, 2. Item cap. 14, 16. Item cap. 25, 33*

Propterea haec dicit Dominus ad Joakim — regem Juda: Non plangent cum se sepultura asint sepelietur, putrefactus & proflatus extra portas Jerusalem. *Ibid. 22, 18*

Et corpora eorum non finent poni in monumentis. *Apo. 11*

Sermo Confiteborum. Vido sequenda.

Serpens.

Serpens enim arguitur.

Oravitque Moyses pro populo, & locutus est Dominus ad eum: Fac serpentem aneum; & pone eum pro signo: qui percussus apererit eum, vivet. Fecit ergo Moyses serpentem aneum, & posuit eum pro signo: quem cum percussus apererent, sanabantur. *Num. 21. 7*

Tullius & appellatur Nohiam.

Iple (Ezechiels) dissipavit excelsa, & contrivit statuas, & succidit lucos, confregitque serpentem aneum, quem fecerat Moyses: siquidem usque ad illud tempus filii Israel adolebant ei incensum: vocavitque nomen ejus Nohestan. *4. Reg. 18. 4*

Cuius tyrum esset.

Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto: ita exaltari oportet Filium hominis: ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam eternam. *Joan. 3. 14*

TITULUS XVII.

Servitus & Servus.

Servorum & ancillarum officium, Vita in Tit. Fanulus; Familiarum familiarumque officium. Item Titulus, Domitorum officium, &c.

Servorum Bonorum exempla.

Variis **S**ervus Abrahami. *Gen. 24. 10.* Jacob dicens ad Laban: Tu nosti quomodo servierim tui. *Gen. 29. 8* — Modicum habuisti, antequam venirem ad te, & nunc dives effectus es: benedixitque tibi Dominus ad introitum meum. *Sic etiam Josephus fidelis servus Patriarcharum c. 39. 29. c. 39. 8*

Dixeruntque servi regis ad eum: Omnia, quaecumque praeceperit Dominus noster rex, libenter exequemur (nos) servi tui. *Sic etiam fidelis ille servus. 2. Reg. 15. 15. Item notitia insidiam servus, minus habentes, Matth. 25. 16. & servus Cornelii Luc. 19. 16. Act. 10. 7*

Servorum malorum exempla.

Phoceon & Pistor duo eunuchi regis Pharaonis. *Genes. 40. 1*

Servi Semii auferentes a Domino suo. *3. Reg. 2. 39*

Giezi servus Elisei, qui munera invito Domino suo & infeliciter mendax extorsit a Naaman. *4. Reg. 5. 21*

Surrexerunt autem servi ejus (Jofias) & conjuraverunt inter se, percussissentque Dominum suum. *Ibid. 12. 20. Vide item 2. Par. 24. 25*

Sic etiam servi Aton retulerunt insidias Domino suo, & interfecerunt eum. Ibid. 51. 23

Sic etiam duo janitores Palatii Assuari voverunt insurgere in regem, & occidere eum, sed Marochiam insederunt. Esther 2. 21. Vide & tales malos servos: Matth. 24. 48. Item Luc. 12. 45

Servitus divina singularis.

Dominum Deum tuum timebis, & illi soli servies. *Deut. 6. 13. c. 10. 20*

Idcirco claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum. *2. Reg. 18. 21*

Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies. *Matth. 4. 10. Luc. 4. 8*

Nemo potest duobus Dominis servire; aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unum sustinebit, & alterum contemnet. *Matth. 6. 24*

Dominum Christo servite. *Coloss. 3. 24*

Virtutalis.

Dixit autem Samuel ad populum: Nolite timere, vos fecistis unum Deum malum hoc: verumtamen nolite recedere a tergo Domini, sed servite Domino in omni corde vestro. *1. Reg. 12. 20*

Igitur timeate Dominum, & servite ei in veritate & ex toto corde vestro. *Ibid. v. 24*

Tu autem Salomon fili mi, scito Deum patris tui, & servito ei corde perfecto, & animo voluntario. *1. Par. 28. 9*

Servite Domino in timore. *Psal. 2. 11*

Servite Domino in laetitia. *Ibid. 99. 1*

Servus tuus sum ego, da mihi intellectum. *Ibid. 118. 125*

Ece sicut oculi servorum — sicut oculi ancillae — ita oculi nostri ad Dominum, &c. *Ibid. 122. 2*

Fili, accedens ad servitum Dei, ita in iustitia & timore, & prepara animam tuam ad tentationem. *Eccli. 2. 1*

Servus meus es tu, elegi te, & non abjeci te. *Isa. 41. 9*

Quis autem vestrum habens servum arantem aut paleantem (servus), qui regresso de agro dicat illi: Statim transi, recumbe: & non dicat ei: Para quod cenem, & praeinge te, & ministra mihi, donec manducem & bibam: & post haec tu manducabis & bibes? Numquid gratiam habet servo illi, quia fecit quae ei imperaverat? Non dico. *Luc. 17. 7*

Sic & vos, cum feceritis omnia quae praecepta sunt vobis, dicite: Servi inutilis sumus: quod debuimus facere, fecimus. *Ibid. v. 10*

Li-

Libertati autem a peccato, servi facti iustitiae. Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestrae: sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditiae, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra servire iustitiae in sanctificationem. *Rom. 6. 18*

Nunc autem soluti sumus a lege mortis, in qua detinebamur, ita ut serviamus in novitate Spiritus, & non in vetustate litterae. *Ibid. 7. 6*

Sic nos existimet homo, ut ministris Christi. *1. Cor. 4. 1*

Non estis vestri; empti enim estis pretio magno. Glorificate, & portate Deum in corpore vestro. *Ibid. 6. 19*

Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem. *Ibid. 9. 19*

Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, &c. *2. Cor. 6. 4*

Nemo militans Deo, implicat se negotiis saecularibus: ut ei placeat, cui se probavit. *2. Tim. 2. 4*

Itaque Regnum immobile suscipientes, habemus gratiam: per quam serviamus placentes Deo, cum metu & reverentia. *Hebr. 12. 28*

Vos scitis a prima die, qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim serviens Domino cum omni humilitate, &c. *Act. 20. 18*

Salutatis.

Constitit Dominus animas sanctorum suorum (se. servorum.) *Psal. 96. 10*

Fili servorum tuorum habitabunt: & semen eorum in saeculum dirigitur. *Ibid. 101. 29*

Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego servus tuus sum. *Ibid. 142. 12*

Ece intelligit servus meus, & exaltabitur, & elevabitur, & sublimis erit valde. *Isa. 52. 13*

Nunc vero libertati a peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam eternam. *Rom. 6. 22*

Servus malus profectum Domini negligit.

Quis est Omnipotens, ut serviamus ei? *Job 21. 15*

Qui autem unum acceperat (talentum,) abiens, fudit in terram, & abscondit pecuniam Domini sui. *Matth. 25. 17*

Hujusmodi enim Christo Domino nostro non serviant, sed suo ventri. *Rom. 16. 18*

Malum peccati incurrit.

Si autem dixerit malus servus in corde suo: Moram facit Dominus meus venire: & coepit percutere servos suos, manducet autem & bibat cum ebriosis: venit Dominus servus illius, in die qua non sperat, & hora qua ignorat: & dividet eum, partemque ejus ponet cum hypocritis. *Matth. 24. 48*

Ille autem servus, qui cognovit voluntatem Domini sui — & non fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit multis. Qui autem non cognovit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. *Luc. 12. 47*

Servus peccati in se vitiosus.

Amen, amen dico vobis: quia omnis qui facit peccatum, servus est peccati. *Joan. 8. 34*

Nescitis quoniam cui exhibetis vos servos ad obediendum, servitistis ejus, cui obedistis, sive peccati ad mortem, sive obediens ad iustitiam? *Rom. 6. 16*

Libertatem illis promittentes, cum ipsi servi sint corruptionis: a quo enim quis superatus est, hujus & servus est. *2. Petr. 2. 19*

Homini damnosa.

Servus autem non manet in domo in aeternum. *Joan. 8. 35*

Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus. *Rom. 6. 12*

Cum enim servi estis peccati, liberi suistis iustitiae. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. *Ibid. v. 20*

Servitus humana causa.

Evigilans autem Noe ex vino, cum didicisset quae fecerat ei filius suus minor, ait: Male-dictus Chanaan, servus servorum erit fratribus suis. *Genes. 9. 24*

Daec gentes sunt in utero tuo, & duo populi (ait Dominus Rubrica) ex ventre tuo dividentur, populusque populum superabit: & major serviet minori. *Ibid. 25. 23*

Ene nos in servitutem regiam, & praebere femina, ne pereante calore, redigatur terra in solitudinem. *Ibid. 47. 19*

Manus fortium dominabitur, quae autem remissa est, tribuitur serviet. *Prov. 12. 24*

Pretio empti estis, nolite fieri servi hominum. *1. Cor. 7. 23*

Servus bonus fideliter operatur.

Filius dolo nihil erit boni: servo autem sapienti prosperi erunt actus, & dirigetur via ejus. *Prov. 14. 15*

Servus sapiens dominabitur filiis stultis. *Ibid. 17. 2*

Servus sensato liberi servient. *Eccli. 10. 28*

Servi obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut

Chri-

Christo: non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi, &c. *1. Petr. 2. 17.*

Servi, obedite dominis carnalibus, non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Deum. Quodcumque facitis, ex animo operamini, sicut Domino, & non hominibus: scientes quod a Domino accipietis retributionem hereditatis. *Coloss. 3. 22.*

Quicumque sunt sub iugo servi, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini & doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent Dominos, non contemnant, quia fratres sunt: sed magis serviant, quia fideles sunt & dilecti. *1. Tim. 6. 1.*

Deo servus dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes; non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes. *Tit. 2. 9.*

Admone illos principibus & potentatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse. *Ibid. 3. 1.*

Servi subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis: sed etiam difficultis. *1. Petr. 2. 18.*

A Domino suo milititer remuneratur.

Accepsit est regi minister intelligens. *Prov. 14. 35.*
Vidistis virum velocem in opere suo? coram regibus stabit, nec erit autem ignobilis. *Ibid. 22. 29.*

Non laedas servum in veritate operantem, nec mercenarium dantem animam suam. *Ecclesi. 7. 22.*
Servus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua: non detrahas illum libertate, neque inopem derelinquas illum. *Ibid. 2. 23.*

Si est tibi servus fidelis, sit tibi quasi anima tua, quasi fratrem sic eum tracta. -- Si laeseris eum iniuste, in fugam convertetur. *Ibid. 33. 31.*

Et vos Domini eadem facite illis, remittentes minas, scientes quia & illorum & vestri Dominus est in calis: & personarum acceptio non est apud eum. *Ephes. 6. 9.*

Domini, quod iustum est & æquum, servis prestate: scientes quod & vos Dominum habetis in celo. *Coloss. 4. 1.*

Servus malus ostentat operatur.

Charita, & virga, & omnis castro. Panis, & disciplina, & opus servo. Operatur in disciplina, & querit requiescere: laxa manus illi, & querit libertatem. *Ecclesi. 33. 25.*

A Domino decenter castigatur.

Servus verbis non potest erudiri: quia quod dicit, intelligit, & respondere contemnit. *Prov. 19. 19.*

Qui delicate a pueritia nutrit servum suum, postea sentiet eum contumacem. *Ibid. 2. 21.*

Jugum & lorum curvant collum durum: & servum inclinant operationes assidua. Servo malo iugulo tortura, & compedes: nervus & tormenta servum multoties: mitte illum in operationem, ne vacet; multam enim malitiam docuit otiositas. In opera constitue eum: sic enim condecet illum. Quod si non obedierit, curva illum compedibus. *Ecclesi. 33. 27.*

TITULUS XVIII.

Severitas.

Severitatis Dei erga delinquentes exempla.

Variis *Reg. Eum.* Gen. 3. 16. *Adamum.* *Ibid. v. 17.* erga totum mundum in dilectio, c. 6. *Sodomis.* *mitas.* c. 19. *Pharaonem.* *Exod. 14. 17.* *Amalecitas.* c. 17. 8. *Israhelitas virulum aream adorantes.* cap. 32. 26. *Blasphemum.* *Levit. 24. 10.* *Populum israheliticum.* Num. 11. 32. *Cor.* *Dathan.* & *Abram.* *1. Reg. 16. 31.* *Colligens regna Sabao.* c. 15. 32. *Moses.* & *Aaronem.* c. 20. 11. *Tribun Benjamin.* que iubente Domino *1. Reg. 22. 9.* *Oziam.* 2. *Paralip. 26. 19.* *Ezechiam.* 4. *Reg. 20. 16.* *Sarajam.* *Sephoniam.* & *1111 saniores.* c. 25. 18. *Jerobabam.* *1. Reg. 11. 16.* *Bathshomem.* *Jerem.* 34. 1. *H. Isidorum.* 2. *Mach. 3. 23.* *Antiochum.* cap. 9. 8. *Servum nequam.* *Matth. 18. 34.* *Servum invidiosum.* c. 25. 30. *Ananiam.* *Act. 5. 5.* *Saphiram.* *Ibid. v. 10.* *Herodem.* c. 12. 23.

TITULUS XIX.

Signum.

Signa futurorum.

Hoc est signum foederis, quod do inter me & vos, & ad omnem animam viventem, quæ est vobiscum in generationes sempiternas: arcum meum (id est iridem) ponam in nubibus, & erit signum foederis inter me, & inter terram. *Gen. 9. 12.*

Videte ut sabbatum meum custodiatis: quia signum est inter me & vos in generationibus vestris. *Exod. 31. 13.*

Exploratores oculati a Meretrici Raul in vrbis Jerico, dixerunt ad eam: Innoxit crimus a juramento.

mento hoc, quod adjurasti nos: si ingredientibus nobis terram, signum fuerit funiculus iste cocineus, & ligaveris eum in fenestra, per quam emisisti nos. *Josue 2. 18.*

Hoc autem erit tibi signum, quod venturum est duobus filiis, Ophni, & Phinees: in die quo moventur ambo. *1. Reg. 2. 34.*

Et hoc unxit tibi signum, quia unxit te Deus in principem. Cum aberis hodie a me, invenies duos viros juxta sepulcrum Rachel in finibus Benjamin, in Meridie, dicentque tibi: Inventa sunt astra, ad quas ieras perquirendas: & intermissis pater tuus astra, sollicitus est pro vobis. *Ibid. 10. 1.*

Et cum audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc inibis prælium: quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, ut percuciat castra Philistinum. *2. Reg. 5. 24.*

Tibi autem Ezechia hoc erit signum: Comede hoc anno quæ repereris: in secundo autem anno, quæ sponte nascuntur: porro in tertio anno seminate, & metite: plantate vineas, & comedite fructum earum. *4. Reg. 19. 29.*

Hoc autem tibi erit signum a Domino, quia faciet Dominus verbum hoc, quod locutus est: Ecce ego reverti faciam umbram linearum, per quas descenderat in horologio Achaz in sole, retrorsum decem lineis. Et reversus est sol decem lineis per gradus, quos descenderat. *Isa. 38. 7.*

Chiographum illius penes me habeo: quod dum illi ostenderit, statim restituet. *1. Reg. 5. 3.*
Et hoc vobis signum: Invenietis infantem panis involutum, postum in præsepio. *Luc. 2. 12.*

Signa in memoriam præteritorum.

Loquimini ad universum cœtum filiorum Israhel, & dicitis eis: Decima die mensis hujus tollat unusquisque agnum per familias & domos suas, &c. *Exod. 12. 3.*

Loquere filiis Israhel, & dices ad eos, ut faciant tibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eas vittas hyacinthinas. *Num. 15. 38. Cap. 16. 38.*

Dixitque Dominus ad Moysen: refer virgam Aaton in tabernaculum testimonium, ut servetur tibi in signum filiorum Israhel, & quiescant querela eorum a me, ne moriantur. *Ibid. 17. 10. Jos. 4. 5.*

Signa & miracula sunt, ut per ea omnipotentia, veritas, iustitia, & bonitas Dei innotescat.

Mosse tribus signa a Deo accepit in Ægyptum cum uxore profectus, Dixit ergo Deus ad eum: Quid est quod tenes in manu tua? Respondit: Virga. *Exod. 4. 2.* Dixitque Dominus rursus: Mitte manum tuam in sinum tuum. Quam cum misisset in sinum, protulit leprosam instar nivis. Retrahe, ait, manum tuam in sinum tuum. Retraxit, & protulit iterum, & erat similis carni reliquæ. *v. 6.* Virga quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa. *v. 17.*

Hæc igitur dicit Dominus: In hoc scies quod sum Dominus, ecce percuciam virga, quæ in manu mea est, aquam fluminis, & vertetur in sanguinem. *Ibid. 7. 17.*

Audivi murmuraciones filiorum Israhel, loquere ad eos: Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus: scietisque quod ego sum Dominus Deus vester. *Ibid. 16. 12.*

In hoc, inquit (*Josue*) scietis, quod Dominus Deus vivens in medio vestri est, & disperdet in conspectu vestro Chananzum, Hethaum, Hevzum, & Pherezzum, Gergesum quoque, & Jebusum, & Amorrhæum. *Josue 2. 10.* Ecce Arca foederis Domini omnis terra antecedit vos per Jordanem, &c. Igitur egressus est populus de tabernaculis suis, ut transiret Jordanem: & sacerdotibus, qui portabant arcam foederis, pergebat ante eum. *v. 14.*

Hæc autem dicit Dominus Deus Israhel: Hydria farina non deficit, nec lecythus olei minuetur, usque ad diem in qua Dominus daturus est pluviam super faciem terræ. *3. Reg. 17. 14.*

Cecidit autem signis Domini, & voravit holocaustum, & ligna, & lapides, pulverem quoque, & aquam quæ erat in aqueductu lambens. Quod cum vidisset omnis populus, cecidit in faciem suam, & ait: Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus. *Ibid. 18. 38. Cap. 20. 13. 14. 28.*

Cumque audisset rex sermonem hominis Dei, quem inelamaverat contra altare in Bethel, extendit manum suam (*Jeroboam*) de altari dicens: Apprehendite eum. Et exaruit manus ejus, quam extendit contra eum: nec valuit retrahere eam ad se. *3. Reg. 13. 4.*

Descendit (*Naaman leprosus*) & lavit in Jordane septies, juxta sermonem viri Dei, & restituta est caro ejus, sicut caro pueri parvuli, & mundatus est. *4. Reg. 5. 17.*

Cui ait Ithias: Hoc erit signum a Domino, quod facturus sit Dominus sermonem, quem locutus est. Vis ut ascendat umbra decem lineis, an ut revertatur totidem gradibus? *Ibid. 20. 9.*

Et dicit eis Jesus: Quid timidi estis modice fidei? Tunc fugens, imperavit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. *Matth. 8. 26.*

Et ecce ostendebat ei paralyticum jacentem in lecto. Et videns Jesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. *Ibid. 9. 2.*

Respondens autem Petrus, dixit: Domine, si tu es, jube me venire ad te superaquas. Ad ipse ait: Veni. Et descendens Petrus de navicula, ambulabat super aquam, ut veniret ad Jesum. *Ibid. 14. 28.*

Silens est valde utilis.

Qui moderat sermones suos, doctus & prudens est: & pretiosi spiritus viretudo. *Prov. 17. 27.*
Tempus tacendi, & tempus est loquendi. *Eccles. 3. 7.*
Est tacens non habens sensum loquela: & est tacens sciens tempus aptum. *Eccles. 20. 6.*
Et in tempore redditionis postulabit tempus, & loquetur verba cædit, & murmurationum, & tempus causabitur. *Ibid. 29. 6.*
In multis est quasi inscius, & audi tacens simul & querens. *Ibid. 32. 12 Jac. 1. 19.*

TITULUS XXII.

Simonia.

Simonia non est licita.

Ad quæ respondens Daniel (*scilicet quod rex obtulerat ei gratia pro interpretatione litterarum in muro scriptarum, ut indicaret illi*) ait coram rege: Munera tua sunt tibi, & dona domus tua altari da: scripturam autem legam tibi, rex, & interpretationem ejus ostendam tibi. *Dan. 5. 17.*

Alcimus accedens ad Demetrium regem, accusavit Judam Machabæum, & obtulit regi coronam auream, & alia dona, quibus effectis, ut summum sacerdotium ei a rege conferretur. 1. Mach. 7. 5. &c.
Infirmos curate, mortuos suscite, leprosus mundate, dzmones ejcite: gratis accepistis, gratis date. *Matt. 10. 8.*

Cum vidisset autem Simon (*a quo accepit Simonia nomen*) quia per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus Sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens: Date & mihi hanc potentiam, ut cuiuscumque imposero manus, accipiat Spiritum Sanctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. *Act. 8. 18.*

Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infimos, ac meminisse vobis Domini Jesu, quoniam ipse dixit: Beatius est magis dare, quam accipere. *Ibid. 20. 35.*

Ego autem nullo horum (*de Evangelio non vixi, neque de aliis, ne vobis ostendiculum darem*) usus sum: Non autem scripsi hæc; ut ita fiant in me: &c. *1. Cor. 9. 15.*

Et cum esset apud vos, & egeret, nulli onerosus fui: nam quod mihi deerat, suppleverunt fratres, qui venerunt a Macedonia: & in omnibus sine onere me vobis servavi, & servabo. *2. Cor. 11. 9.*

Quid est enim, quod minus habuistis præ ceteris Ecclesiis, nisi quod ego ipse non gravavi vos? *Ibid. 12. 13.*

Simonia parvis parvibus peccatur.

De imple rege Jeroboam narratur: fecit de novissimis populi sacerdotes excellorum: quicumque volebat, implebat manum suam, & fiebat sacerdos excellorum. Et propter hanc causam peccavit domus Jeroboam, & evorta est, & deleta de superficie terre. *3. Reg. 13. 33.*
Simoniaci sunt Gizei, servus Ellici, quia pro gratia spirituali, Naaman Syro a Domino suo collata, vesper accepit & argentum, sed ob hoc erunt in sempiternum cum semine suo factus est leprosus quasi nix. *4. Reg. 5. 26.*

Impiosissimus Jason obtulit plurimis argentis calensis ab Antiocho Epithave summum comparavit sacerdotium; ob quam causam Dei calus & sacrificia plane contempta fuerunt, & ad gentium ritum evoluta. *Iste viri Jason propterea misere perit. 2. Mach. 4. 7.*

Menasius, trionio, postquam Jason factus est summus sacerdos plus, quam Jason, obtulit Antiocho & Pontificatum obtinuit, nihil dignum habens sacerdotio. Sed summa postea, & tragice, Deo vindice mortuus est. *Ibid. 2. 23.*

Judas prædator vendendo Christum Dei filium, detestantiam commisit Simoniam. Ob id laqueo se suspendens, crepit mediis, & diffusa sunt omnia viscera ejus. *Act. 1. 18. Vide eorum caput.*

Non est tibi pars, neque fors in sermone isto: cor enim tuum non est rectum coram Deo. Penitentiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. *Ibid. 8. 21.*

TITULUS XXIII.

Simplicitas & simplex.

Simplicitas commendatur & describitur.

Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quam dives in pravis itineribus. *Prov. 28. 6. Vide eadem verba cap. 19. 1.*

Qui ambulat simpliciter, salvus erit. *Ibid. 2. 18.*
Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbe. *Matt. 10. 16.*

Christiani primi erant Quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo, & frangentes

citra

Arca domos panem, fumebant cibum cum exultatione, & simplicitate cordis, &c. *Act. 2. 46.*
Rom. 12. 8.

Volo vos sapientes esse in bono, (*inquit Paulus*) & simplices in malo. *Rom. 16. 19.*
Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientie nostræ, quod in simplicitate cordis, & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei, conversati sumus in hoc mundo. *2. Cor. 1. 12.*

Altissima paupertas eorum (*commendat Paulus Macedones*) abundavit in divitiis simplicitatis eorum. *Ibid. 8. 2.*

Ut in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo. *Ibid. 9. 11. cap. 11. 3.*

Ut sitis sine querela, & simplices filii Dei, sine reprehensione. *Philip. 2. 15.*

Servi, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Deum. *Coloss. 3. 22.*

Simplicibus & abiectis hominibus revelat Deus subitum suum verbum,

& abscondit illud sapientibus in oculis suis.

Et audient in die illa surdi verba libri, & de tenebris & caligine oculi cæcorum videbunt. *Isa. 29. 18.* Et scient errantes spiritu intellectum, & mutistores dicesent legem. *v. 24.*

Et cor stultorum intelliget scientiam, & lingua balborum velociter loquetur & plane. *Ibid. 32. 4.*

Inventusque est in ea (*civitate*) vir pauper, & sapiens, & liberavit urbem per sapientiam suam, & nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis. *Eccles. 9. 15.*

Et ecce Angelus Domini stetit juxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos, & timentur timore magno. *Luc. 2. 9.* Et factum est, ut discesserunt ab eis Angeli in calum, pastores loquebantur ad invicem: Transeamus usque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. *v. 15.*

Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Jesu, dicens: Exi a me, quia homo peccator sum, Domine. *Ibid. 5. 8.*

In ipsa hora exultavit (*Christus*) spiritu Sancto, & dixit: Conſiteor tibi pater, Domine cæli & terræ, quod abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Etiam Pater: quoniam sic placuit ante te. *Ibid. 10. 21. Idem habetur Matth. 11. 25.*

Videntes autem Petri constantiam, & Joannis, comperito quod homines essent sine litteris, & idiotæ, admirabantur: & cognoscebant eos, quoniam cum Jesu fuerant. *Act. 4. 13.*

Ubi sapiens? ubi Scriba? ubi confessor hujus faculti? Nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi? Nam quia in Dei sapientia non cognovit mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes. *1. Cor. 1. 20.*

Et ego, cum venissem ad vos, fratres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientie, annuntians vobis testimonium Christi. *Ibid. 2. 1.*

Simplex & rectus.

Dixitque ad eum (*Abraham*) Deus: Et ego scio quod simplici corde feceris: & ideo custodi vitæ, ne peccares in me, & non dimisi, ut tangeres eam. *Genes. 20. 6. c. 25. 27.*

Dixitque Dominus ad eum (*Saranam*) Numquid considerasti serum meum Job, quod non sit ei similis in terra, homo simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo? *Job. 1. 8.*

Ecce ego mitto vos sicut oves in in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbe. *Matt. 10. 16. Act. 2. 45.*

Rogo autem vos fratres, ut observetis eos, qui diffensionem & offensivam præter doctrinam quam vos didicistis, faciunt; & declinate ab illis. Hujusmodi enim Christo Domino nostro non serviunt, sed fuo ventri: & per dulces sermones, & benedictiones, seducunt corda innocentium. *Rom. 16. 17.*

Servi, obedite Dominis carnalibus, cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo. *Ephes. 6. 5.*

Servi, obedite per omnia Dominis carnalibus, non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Deum. *Coloss. 3. 22.*

TITULUS XXIII.

Simulatio.

Simulatio, & Hypocrisis fugienda. Vide & Hypocrisis.

Ne sis incredibilis timori Domini: & ne accesseris ad illum duplici corde. *Eccles. 1. 36.*

Stultus enim satua loquetur, & cor ejus faciet iniquitates, ut perficiat simulationem, & loquetur ad Dominum fraudulenter, & vacuam faciat animam elurientis, & potum sitientis auferat. *Isa. 32. 6.*

Habitatio tua (*Israël*) in medio doli: in dolo renuerunt scire me, dicit Dominus, &c. *Jerem. 9. 6.* Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est: in ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias. *v. 8.*

Injuria Bibl.

Kk

Con-

Congregatio enim Hypocritarum sterilis, & ignis devorabit tabernacula eorum, qui manera libenter accipiunt. *Job. 15. 34*

Non enim aetati nostrae dignum est, inquit (*Elezarus*) fingere, ut multi adolescentium, arbitantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum; & ipsi propter meam simulationem, & propter modicum corruptibilis vitae tempus decipiantur: & per hoc maculam, atque execrationem meam senectuti conquiram, 2. *Mach. 6. 14. Matth. 23. per totum 1. Petr. 2. 1*

TITULUS XXIV.

Sobrietates.

Sobrietates commendantur.

Atrendite autem vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis hujus vitae: & superveniat in vos repentina dies illa: *mortis. Luc. 22. 34*
Induimini Dominum Jesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desiderijs. *Rom. 13. 14*
Igitur non dormiamus sicut & ceteri, sed vigilemus, & sobrii simus. 1. *Thess. 5. 6. 1. Timothe. 3. 2. 2. Tim. 4. 5. Tit. 1. 8. c. 2. 2. 3. c. 6.*

Abnegantes impietatem, & secularia desideria, sobrie, & iuste, & pie vivamus in hoc saeculo, ad *Tit. 2. 12*

Suscipite lumbos mentis vestrae, sobrii perfecte sperate in eam, quae offertur vobis, gratiam, & 1. *Petr. 1. 13*

Sobrii estote, & vigilate: quia adversarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit querens quem devoret, &c. *Ibid. 5. 8*

TITULUS XXV.

Societas. Vide etiam Consortium.

Societas bonorum querenda, & eius fructus exempla.

Considerandum est valde, quod si inveniri possint decem viri iusti in quinque civitatibus peccaminosis, propter illos peperisset Dominus universis, *Gen. 18. 32*
Dixit Jacob ad Laban: Modicum habuisti antequam venirem ad te, & nunc dives effectus es: benedixitque tibi Dominus ad introitum meum. *Ibid. 30. 30*

Bona sunt associatus Jacob, qui propterea dixit: Surgite, & ascendamus in Bethel, ut faciamus tibi altare Domino: qui exaudivit me in die tribulationis meae, & focus fuit itineris mei. *Genes. 35. 3*

Benedixitque Dominus domui Aegyptii (*Puthar*) propter Joseph, & multiplicavit tam in aedibus, quam in agris eam eius substantiam. *Ibid. 39. 5*

Servivitque Israel Domino cunctis diebus Josue, & seniorum — & qui noverunt omnia opera Domini, quae fecerat in Israel. *Josue 24. 32*

Ex parte Saulis missi sunt illudores ad captivandum David maronem cum *Somuel* & aliis Prophetis, & propheta veritas & ipse, & venit Saul ad ipsos prophetantes & prophetavit ipse cum eis. 1. *Reg. 19. 20*

Cum electo electus eris: & cum perverto perverteris. 2. *Reg. 22. 37*

Propter honorem Josaphat regis Juda, Deum colentis, *Elisum* propheta imperavit aquas dari exercitui, in quo erant duo alii mali reges. 4. *Reg. 3. 24*

Homines Deum timentes volebat habere secum Tobias in convivio, & hoc ipsum docuit filium suum. *Tob. 2. 2. Noli — manducare, & bibere cum peccatoribus. Idem diligenter voluit scire, cum quo vivit esset filius c. 4. 18. c. 5. 4*

Dicebat uxori Tobias iustioris: Numquam cum ludentibus miscui me: neque cum his qui in levitate ambulant, participem me praeberi. *Ibid. 3. 17*

Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum similis efficietur. *Prov. 13. 20*

In multitudine presbyterorum prudentium ita, & sapientia illorum ex corde conjungere: ut omnem narrationem Dei possis audire — Et si videris sententiam evigila ad eum, & gradus otiorum illius exerat pes tuus. *Eccles. 6. 37. Vide idem c. 8. 9*

Audita crudeli mandato regis Nabuchodonosor, quo debebant interire cuncti sapientes Babylonis, clamaverunt ad socios suos, ut quarentes simul misericordiam a Domino: & revelata est nocte visio Domini. Unde occasione Danielis servus sui pepercit rex magis & sapientibus Babylonis. *Dan. 2. 24*

Pepigi foedus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine. *Job. 31. 1*

Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris: & cum electo electus eris: & cum perverto perverteris. *Psal. 17. 25*

Non sedi cum concilio vanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo. *Olivi* Ecclesiam malignantium: & cum impiis non sedabo. Lavabo inter innocentes manus meas. *Ibid. 25. 4*

Domine, dilexi decorem domus tuae, & locum habitationis gloriae tuae. *Ibid. v. 8*

Secundum virtutem tuam cave te a proximo tuo, & cum sapientibus, & prudentibus tracta. Viri iusti fiat tibi convivae, &c. *Eccles. 9. 21*

Omnis caro ad similem sibi conjungetur, & omnis homo simili sui sociabitur. *Ibid. 13. 20*

Pot

Post obitum Juda Machabaei emerferunt iniqui, & facta est fames valida, & impios constituit Bachides dominos regionis, & facta est tribulatio magna in Israel; quae omnia mala forsitan non fuisset, si adhuc Judam focium habuissent. 1. *Mach. 9. 23*

Cum pignus septem fratrum in sartagine toreretur, ceteri cum matre ad moriendum fuerint se invicem horrabant. 2. *Mach. 7. 3*

Venerat Judas Machabaeus ad captivandum *Seytopoliam* civitatem, sed propter Judaei qui intus habitabant, erga quos *Seytopolyta* benigni erant, nil eis mali fecit; immo gratias agens horratu est eos de cetero erga genus suum benignos esse. *Ibid. 12. 30*

Quamvis Petrus fuit cum apostolis, servus & servus manst, sed quam mox fuit in atrio sacerdotis summi, cum misisset eius & ancillis se calefaciens, Dominum negare cepit. *Matth. 26. 58*

Statim dum caecus natus a Domino luce donatus fuit extra *Synagoga* a Phariseis eiecit, Dominus vester inter suos fideles recepit. *Joan. 9. 35*

Cum essent omnes discipuli pariter perseverantes unanimiter in oratione, venit Spiritus Sanctus in eos: &c. *Act. 2. 3*

Homines qui erant cum Paulo in *Nevi*, gravissima tempestate, occasione Pauli quos habebant facium, fuerunt amos salvati; nam dixit ei Angelus Domini; Ecce donavit tibi Deus omnes qui navigant tecum. *Ibid. 27. 24*

Societas malorum fugienda, & eius fructus exempla.

Salubriter evitavit Abraham de Chaldaea, ubi erant homines corrupti idololatriae, unde factus hoc pro beneficio Dominus commemorat, dicens: Ego Dominus, qui eduxi vos de *Hur Chaldaeorum*. *Gen. 12. 5. Vide cap. 15. 7*

Quam assidue sit malorum consuetam societatem dimittendi, patet in *Loth* cum suis, qui de medio *Sodomorum* vix per Angulam extrahi potuerunt; hinc extat ibi. *Ibid. 19. 15*. Cum esset mane, cogebant eum (*Loth*) Angeli, dicens: Surge, tolle uxorem tuam, & duas filias quas habes: ne & tu pariter percas in scelere civitatis. Dissimulante illo, apprehenderunt manus ejus, & manum uxoris, ac duarum filiarum ejus; eo quod parceret Dominus illi. *Ibid. v. 15*

Ludus *Ismaelis* cum *Isaac* discipulis Sara. *Genes. 21. 9*

Noluit Jacob ambulare cum malo fratre, sicut placisset eum manibus, & suis infirmitatibus, & signa diabolici ostenderet. *Ibid. 33. 12*

Dixit (*Moyse*) ad turbam (*Israel*): Recedite a tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quae ad eos pertinent, ne involvami in peccatis eorum. *Num. 16. 26*

Dixit Dominus *Moyse*: Praecepto filiis Israel, & dic ad eos: Quando transferitis Jordanem: intrantes terram *Chanaan*, disperdit cunctos habitatores terra illius: — Sin autem nolueritis interficere — qui remanserint, erunt vobis quasi clavi in oculis, & lanceae in lateribus. *Ibid. 33. 31*

Occasionem *Achan*, qui culte de anathemate *Jericho*, fuit populus in praesidio superatus. *Josue 7. 5*

Quod si volueritis gentium harum, quae inter vos habitant, erroribus adherere: & cum eis miscere connubia, atque amicitias copulare: jam nunc scitote, quod Dominus Deus vester non eas delectat ante faciem vestram, sed sint vobis in foveam et laqueum, & offendiculum ex latere vestro, & fudes in oculis vestris: donec vos auferat atque disperdat de terra hac optima, &c. *Ibid. 23. 12. Vide Judic. 1. & 2*

Cum electo electus eris: & cum perverto perverteris. 2. *Reg. 22. 27. Idem Psalm. 17. 26*

Cui (*Josaphat*) occurrit *Jehu* filius *Hanani* Videns, & ait ad eum: Impio praebes auxilium, & his qui oderunt Dominum, amicitia jungens, & idcirco iram quidem Domini merebaris: sed bona opera inventa sunt in te, eo quod abstuleris luos de terra *Juda*, & praeparaveris cor tuum ut requireres Dominum Deum patrum tuorum. 2. *Par. 19. 2*

Bissem propheta dixit *Josaphat* regi *Israel*, Quia habuisti foedus cum *Ochozia*, percussit Dominus opera tua, &c. *Ibid. 20. 37*

Noli amulari in malignantibus: neque zelaveris facientes iniquitatem. *Psal. 36. 1*

Fili mi, si te lassaverint peccatores, ne adulescas eis. *Prov. 1. 10*

Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. Fuge ab ea, nec transcas per illam: declina, & desere eam. *Ibid. 4. 24*

Non concupiscat pulcritudinem ejus cor tuum, nec capiaris nutibus illius: pretium enim facti vix est unius panis: mulier autem viri pretiosam animam capit. *Ibid. 6. 25*

Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum similis efficietur. *Prov. 13. 20*

Ei qui revelat mysteria, & ambulat fraudulentem, & dilatat labia sua, ne commiscearis. *Ibid. 20. 19*

Ejice desiderem, & exibat cum eo jurgium, cessabantque causae & contumeliae. *Ibid. 22. 10*

Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioso. *v. 24*

Ne comedas cum homine invidio, & ne desideres cibos ejus. *Ibid. 23. 6*. Non amuletur cor tuum peccatores, sed in timore Domini esto tota die. *v. 17*

Ne amuletis viros malos, nec desideres esse cum eis. *Ibid. 24. 1*

Kk. 2

Time.

Time Dominum, fili mi, & regem: & cum detractoribus non commiscearis. *Prov. 2. 21*
 Abominatur iusti virum impium: & abominatur impij eos, qui in recta sunt via. *Job. 2. 27*
 Discede ab iniquo, & deficient mala ab te. *Eccle. 7. 2*
 Non lites cum homine potente, ne forte incidat in manus illius. *Ibid. 8. 1*. Cum auda-
 ce non eas in via, ne forte gravet mala sua in te: ipse enim secundum voluntatem suam va-
 dit, & simul cum stultitia illius peries. v. 18
 Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicaverit superbo, induet superbiam.
Ibid. 13. 7

*Non fuit inier fidelis Christi numeratus cecus ille natus, quam Dominus videre fecit, donec a syna-
 goga fuit a Pharisæis eiebus. Joan. 9. 34*
 Cum autem quidam indurarentur, ut non crederent, maledictes viam Domini coram mul-
 tudine, discendens ab eis, segregavit discipulos, quotidie disputans in schola tyranni cujus-
 dam. *Act. 10. 9*

Nolite jugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut
 quis societas luci ad tenebras. *1. Cor. 6. 14*

Et nolite communicare operibus instructis tenebrarum, magis autem redarguite. *Eph. 5. 11*
 Alexander grarius multa mala mihi ostendit: reddet illi Dominus secundum opera ejus:
 quem & tu devita. *2. Tim. 4. 14*

Et audivi aliam vocem de celo dicentem: Exite de illa (Babylon) populus meus, ut ne
 participetis scitis delictorum ejus, & de plagis ejus non accipiatis. *Apo. 18. 4*

Sodomia. Vide impudicitia contra naturam.

TITULUS XXVI.

Sol.

Sol & Luna creantur.

Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento caeli, & dividant diem ac noctem, &
 sint in signa, & tempora, & dies, & annos: ut luceant in firmamento caeli, & illumi-
 nent terram. Et factum est ita. *Genes. 1. 14*

Severunt ad imperium Josue.

Tunc locutus est Josue Domino, in die qua tradidit Amoræum in conspectu filiorum Israel,
 dixitque coram eis: Sol contra Gaboon ne movearis, & Luna contra vallem Ajalon. Ste-
 reruntque Sol & Luna, donec ulcisceretur se gens de inimicis suis. *Jos. 10. 12*

Retroscessit Sol decem gradibus ad positionem. Esdras, & preces Israh.

Invocavit itaque Israh propheta Dominum, & reduxit umbram (Solis) per lineas, quibus
 jam descenderat in horologio Achaz, retrorsum decem gradibus. *4. Reg. 20. 12*

Amisit lumen suum.

A Sexta autem hora tenebræ factæ sunt super universam terram usque ad horam nonam.
Mat. 27. 45. Idem refertur Marc. 15. 33. Item Luc. 23. 44

TITULUS XXVII.

Solicitudo.

Solicitudo nimis improbanda.

Sæx diebus operaberis: septimo die cessabis arare, & metere. *Exod. 34. 21*

Quod si dixeritis: Quod comedemus anno septimo, si non severimus, neque collegerimus
 fruges nostras? Dabo benedictionem meam vobis (inquit Dominus) anno sexto, & faciet fru-
 ctus trium annorum. *Levit. 25. 20. Vide totum contextum.*

Affixit te penuria, & dedit tibi cibum Manna, quod ignorabas tu & patres tui: ut offen-
 deret tibi quod non in solo pane vivat homo, sed in omni verbo, quod egredietur de ore Dei.
Deut. 8. 3

Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum
 difficile, & subito probas illum. *Job. 7. 17*

Facta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet: & non dabit in æternum fluctuatio-
 nem iusto. *Ps. 54. 23*

Oculi omnium in te sperant Domine: & tu das escam illorum in tempore opportuno. Aper-
 tis tu manum tuam: & implebis omne animal benedictione. *Ibid. 144. 15*

Non affiget Dominus fame animam iusti, & insidias impiorum subvertet. *Prov. 10. 3*

Iustus comedit, & replet animam suam: ventris autem impiorum insaturabilis. *Ibid. 13. 25*

Ideo dico vobis, ne solliciti sitis anime vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid
 induamini. Nonne anima plus est quam esca, & corpus plus quam vestimentum? *Mat. 6. 25*

Idem v. 31. & 34
 Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris. *Ibid. 10. 9*
 Qui autem seminatus est in spinis, hic est, qui verbum (Veri) audivit, & sollicitudo sæculi
 istius

istius & fallacia divitiarum, suffocat verbum, & sine fructu efficitur. *Mat. 13. 22. Marc. 4. 16*
 Quod autem in spinas cecidit: hi sunt qui audiverunt, & a sollicitudinibus, & divitiis, & vo-
 lupariis vitæ, evanescentes, suffocantur, & non relevant fructum. *Luc. 8. 14*

Cum autem inducent vos in synagogas, &c. nolite solliciti esse qualiter, aut quid responde-
 tis, aut quid dicatis. Spiritus enim Sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos di-
 cere. *Ibid. 12. 11*

Ideo dico vobis: Nolite solliciti esse anime vestræ quid manducetis, neque corpori vestro
 quid induamini. Anima plus est quam esca, & corpus plus quam vestimentum. *Ibid. v. 22*

Et ceperunt simul omnes excusare. Primus dixit: Villam cui, & necesse habeo exire, &
 videre illam. Rogo te habe me excusatum, &c. *Ibid. 14. 18*

At illi cogitabant inter se dicentes: Quia panes non accepimus. Sciens autem Jesus dixit:
 (discipulis) Quid cogitatis inter vos modica fidei, quia panes non habetis? *Mat. 16. 7*

Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt,
 quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi: placet
 uxori, & divitiis est. *1. Cor. 7. 52*

Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione, & obsecratione cum gratiarum actione, petiti-
 ones vestræ innoventur apud Deum. *Phil. 4. 6*

Habentes autem alimentā, & quibus tegamur, his contenti sumus. *1. Tim. 6. 8. Philo-
 stasus Edessæ.*

Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore visitationis: omnem
 sollicitudinem vestram projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. *1. Petr. 5. 6*

Sint mores sine avaritia, contenti presentibus: ipse enim dixit: Non te deferam, neque de-
 relinquam. *Hebr. 13. 7*

TITULUS XXVIII.

Somnia.

Somnia & Visiones quibus olim Deus suam voluntatem aperiebat.

Venit autem Deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi: En morieris propter ma-
 liciam quam tulisti: habet enim virum. *Genes. 20. 3*

Viditque (Jacob) in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens caelum:
 Angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per eam, & Dominum innoxium scalam dicen-
 tem tibi: Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac: Terram, in qua dor-
 mui, tibi dabo & semini tuo. *Ibid. 28. 12*

Viditque (Laban Jacobi fugientem quem insequitur) in somnis dicentem sibi Dominum: Ca-
 ve ne quidquam alperere loquaris contra Jacob. *Ibid. 31. 24. cap. 37. 5. cap. 40. 8. Vide & v. 11. cap. 31*

Post duos annos vidit Pharo somnium. Putabat se stare super fluvium, de quo ascen-
 debant septem boves pulchræ & crassæ nimis: & pascebantur in locis palustribus; &c.
Ibid. 41. 1

Profectusque Israel cum omnibus quæ habebat, venit ad puteum juramenti: & mactatis
 ibi victimis Deo patris sui Isaac, audivit eum per visionem noctis, vocantem se, & di-
 centem sibi: Jacob, Jacob, cui respondit: Ecce adsum. Ait illi Deus: ego sum locu-
 tissimus Deus patris tui: noli timere, descende in Ægyptum, quia in gentem magnam faciam
 te ibi. *Ibid. 46. 1*

Dixit (Deus) ad eos (Aaronem & Mariam sororem Moysi) Audite sermones meos: si quis fue-
 rit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo et, vel per somnium loquar ad illum,
 &c. *Num. 12. 6*

Cumque venisset Gedeon, narrabat aliquis somnium proximo suo: & in hunc modum rela-
 tebat quod viderat: Vidi somnium, & videbatur mihi quasi subgeneris panis ex hordeo vol-
 vi, & in castra Madian descendere: cumque pervenisset ad tabernaculum, percussit illud, at-
 que subvertit, & terra funditus coarctavit. Respondit is, qui loquebatur: Non est hoc aliud,
 nisi gladius Gedeonis filii Joas viri Israelitæ: tradidit enim Dominus in manus ejus Madian,
 & omnia castra ejus. Cumque audisset Gedeon somnium, & interpretationem ejus, adoravit:
 & reversus est ad castra Israel, & ait: Surgite, tradidit enim Dominus in manus nostras ca-
 stra Madian. *Judic. 7. 13*

Somniis quæ a Domino vocatus, revelationem accepit. *1. Reg. 3. per istum.*

Consultavit (Saul) Dominum, & non respondit ei, neque per semina, neque per sacer-
 dotes, neque per prophetas. *Ibid. 28. 6*

Dixitque Nathan ad regem: Omne quod est in corde tuo, vades fac: quia Dominus tecum
 est. Factum est autem in illa nocte, & ecce sermo Domini ad Nathan dicens: Vade, & lo-
 quere ad servum meum David: Hac dicit Dominus: Nunquid tu ædificabis mihi domum ad
 habitandum? *2. Reg. 7. 3*

Theaur. Bibl.

Abit itaque (Solomon) in Gabaon, ut immolaret tibi: illud qui peccerat excessum maximum: mille hostias in holocaustum obtulit Salomon super altare illud in Gabaon: Apparuit autem Dominus Salomoni per somnium nocte, dicens: Postula quod vis, ut dem tibi. 3. Reg. 3. 4.

Terris me per somnia, & per visiones horrore concuties. Job. 7. 14.

Semel loquitur Deus. Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo. Ibid. 33. 14.

In anno secundo Nabuchodonosor, vidit Nabuchodonosor somnium, & conterritus est spiritus ejus, & somnium ejus fugit ab eo. Dan. 2. 1.

Visio Danielis de quatuor hostiis, quatuor regna designantibus, &c. Ibid. 7. 2. Mach. 15. 11. 14.

de Oria orante pro populo.

Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei (Joseph), dicens: Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est. Matth. 1. 20.

Et responso accepto in somnis ne rediret ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam. Qui cum recessissent, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum: & esto tibi usque dum dicam tibi. Ibid. 2. 12.

Cum autem pertransissent Mysiam, descenderunt Toadem: & viso per noctem Paulo, ostensa est: Vir Macedo quidam erat stans, & deprecans eum, & dicens: Transiens in Macedoniam adjuva nos. Act. 16. 8.

Dixit autem Dominus nocte per visionem Paulo: Noli timere, sed loquere, & ne taceas: Propter quod ego sum tecum, & nemo apponatur tibi, ut nocceat: quoniam populus est mihi multus in hac civitate. Ibid. 18. 9.

Sequenti autem nocte assistens ei Dominus: ait: Constans esto: sicut enim testificatus es de me in Jerusalem, sic te oportet & Romæ testificari. Ibid. 23. 11.

Astitit enim mihi hac nocte Angelus Dei, cujus sum ego, & cui deservio, dicens: Ne timeas Paulæ, Cæsari te oportet assistere: & ecce donavit tibi Deus omnes qui navigant tecum. Ibid. 27. 23.

Somnia & visiones que non conveniunt cum doctrina Christi & Ecclesiæ suæ continentur.

Surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium visisse se dicat, & prædixerit signum atque portentum, & evenierit quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus, & sequamur Deos alienos quos ignoras, & serviamus eis: non audies verba propheta illius aut somnioris, quia tentat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat utrum diligatis eum an non, in toto corde, & in tota anima vestra. Deut. 13. 1. Jerem. 27. 9.

Vana spes, & mendacium Viro infensato: & somnia extollunt imprudentes. Quasi qui apprehendit umbram, & persequitur ventum: sic & qui attendit ad vana mendacia, &c. Eccl. 34. 1.

Hæc dicit Dominus exercituum: Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis, & accipiunt vos: visionem cordis sui loquuntur, & non de ore Domini. Jer. 23. 16. Audivi quæ dixerunt propheta, prophetantes in nomine meo mendacium, atque dicens: Somnium somnium. Uiquequod illud est in corde prophetarum vaticinium mendacium, & prophetatum seductiones cordis sui? &c. v. 23.

Hæc enim dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Non vos seducant propheta vestri, qui sunt in medio vestrum, & divini vestri: & ne attendatis ad somnia vestra, quæ vos somniantis: quia falso ipsi prophetant vobis in nomine meo: & non misi eos, dicit Dominus, Ibid. 29. 8. cap. 27. 9.

Observatio propheta.

Non augurabimini, nec observabitis somnia. Levit. 19. 26.

Et sicut pariteris, cor tuum phantasias patitur, nisi ab Altissimo fuerit emissa visitatio, ne deleris in illis cor tuum: multos enim errate fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis. Eccl. 34. 6.

Sors; Vnde Trajer.

T I T U L U S XXIX.

Sors.

Sorsionis nomenclatura.

Stendat duos hircos stare faciet coram Domino: mittensque super utrumque fortem: cujus extiterit fortis Domino, obret illum pro peccato: alterum statuet eum vivum coram Domino, ut fundat preces super eo, & emittat eum in solitudinem. Levit. 16. 7.

Paribus majorem partem dabis, & paucioribus minorem: singulis, sicut nunc recensiti sunt, traderet possessio: ita duntaxat ut sors terram, tribubus dividat & familiis. Num. 26. 54. Num. 36. 2. Deut. 1. 38. cap. 31. 7.

Ego enim dedit vobis illam (terram Chanaan) in possessionem, quam dividetis vobis for-

forte. Pluribus dabitur latiore, & paucioribus angustiorem. Singulis ut sors ceciderit, ita tribuetur hereditas. Num. 33. 53. Josue cap. 15. 1. cap. 16. 1. cap. 17. 1. & c. 21. 4.

Exprobata sors Hæi cædit populus Israel hostibus propter furum de anathemate Jericho, quapropter, missa sorte, dabo lapidaturus Iussu Domini. Jos. 7. 10.

Itaque perregerunt (viri a Moysi missi) & lustrantes eam (terram) in septem partes diviserunt, scribentes in volumine. Revertereque sunt ad Josue in castra Silo. Qui misit fortes coram Domino in Silo, divisitque terram filiis Israel in septem partes. Ibid. 18. 9. Idem 1. Paral. 24. 5. c. 25. 18. c. 26. 13. Luc. 1. 9.

Unxitur Saul in regem a Samuele datus ac succedentibus signis, prophetat inter prophetas: & missa sortibus a Samuele confirmatur in regem, Cr. 1. Reg. 10. 20.

Sors Jonathan captus est Cr. vix merentur casus. Ibid. 14. 42.

Missi, est sors in unam, quo die Cr. quo mense gens deberet interfici. Ester 3. 7.

Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Psal. 21. 19. Vide Matth. 27. 35. Marc. 15. 24. Luc. 23. 34. Joan. 19. 24.

Habitaverunt autem principes populi in Jerusalem: reliqua vero plebs misit sortem, ut tollerent unam partem de decem, qui habitaturi essent in Jerusalem civitate sancta, novem vero partes in civitatibus. 2. Esdr. 11. 2.

Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur. Prov. 26. 33.

Contradictiones comprimit sors, & inter potentes quoque juridica. Ibid. 18. 18.

Et dixit vir ad collegam suum: Venite, & mittamus sortes, & sciamus quare hoc malum sit nobis: Et miserunt sortes: & cecidit sors super Jonam: Jon. 1. 7.

Et dederunt sortes eis, & cecidit sors super Mathiam, & annumeratus est cum undecim. Act. 1. 26. Vide Cr. v. 17.

Sors spiritualis.

Convertantur a tenebris ad lucem, & de potestate Satane ad Deum, ut accipiant remissionem peccatorum, & sortem inter Sanctos, per silem, quæ est in me. Act. 26. 18.

In quo etiam (Christo) nos sorte vocati sumus, prædestinati, &c. Ephes. 1. 11.

Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis factorum in lumine. Coloss. 1. 12.

T I T U L U S XXX.

Spes.

Spes inferum non in temporalibus rebus, sed in Deo, ejusque promissionibus fundatur.

ET multiplicabo semen tuum sicut stellæ celi: daboque posteris tuis universas regiones hæc: & benedicentur in semine tuo omnes Gentes terræ, eo quod obediit Abraham voci meæ, & custodierit præcepta, & mandata mea, & caeremonias legeque servaverit. Genes. 26. 3.

Dixitque Dominus ad Gedeon: Multus tecum est populus, nec tradetur Madian in manus ejus: ne glorietur contra me Israel, & dicat: Meis viribus liberatus sum. Dixitque Dominus ad Gedeon: Adhuc populus multus est, duc eos ad aquas, & tibi probabo illas: & de quo dixerit tibi ut tecum vadat, ipsa pergat: quem ire prohibuerit, revertatur. Judic. 7. 2.

Et reversus est populus (Israel) ad castra: dixeruntque maiores natu de Israel: Quare percussit nos Dominus hodie coram Philistinim? Afferamus ad nos de Silo Arcam fœderis Domini, & veniat in medium nostrum, ut salvet nos de manu inimicorum nostrorum. 1. Reg. 4. 3.

Dixit autem David ad Philistinim: Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agnium Israel, quibus exprobraisti hodie, & dabit te Dominus in manu mea, &c. Ibid. 17. 47.

Et accedens unus vir Dei, dixit ad regem Israel: Hæc dicit Dominus: Quia dixerunt Syrii: Deus montium est Dominus, & non est Deus vallium: dabo multitudinem hanc grandem in manu tua & scieris quia ego sum Dominus. 3. Reg. 20. 18.

Confortare: & agamus viriliter pro populo nostro: & pro urbibus Dei nostri, Dominus autem, quod in conspectu suo bonum est, faciet. 1. Par. 19. 13.

Vos ergo confortamini, & non dissolvantur manus vestre: erit enim merces operi vestro (acc. Azarias ad regem Asa.) 2. Par. 15. 7.

In tempore illo venit Hanani Propheta ad Asam regem Judæ, & dixit ei: Quia habuisti fiduciam in rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo, idcirco evasit Syriæ regis exercitus de manu tua. 2. Par. 16. 7. c. 25. 8.

In nobis quidem non est tanta fortitudo, ut possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos. Sed cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus refugium, ut oculos nostros dirigamus ad ignem, & cetera. Ibid. 20. 12.

Viriliter agite, & confortamini: nolite timere, nec paveatis regem Assyriorum, & universam.

Kk. 4.

fam multitudinem que est cum eo: multo enim plures nobiscum sunt, quam cum illo. Cum illo enim est brachium carnis: nobiscum Deus noster, qui auxiliator est noster, pugnatque pro nobis. 2. *Par.* 32. 7.

Audite me viri Juda (*sic Josephus*) & omnes habitatores Jerusalem: credite in Domino Deo vestro, & securi eritis: credite prophetis ejus, & cuncta evenient prospera. *Ibid.* 20. 20. *Ps.* 119. 11.

Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. *Sapient.* 3. 4. Qui confidunt in illo, intelligent veritatem: & fideles in dilectione adquirent illi: quoniam donum & pax est electis ejus. v. 9.

Credite Deo & recuperabit te: & dirige viam, & spera in illum. Serva timorem illius, & in illo veterasce. *Ecclesi.* 2. 6. Quis enim permanit in mandatis ejus; & derelictus est? aut quis invocavit eum, & desepxit illum? v. 12.

Humiliare Deo, & expecta manus ejus. *Ibid.* 13. 9.

Et immutavit tempora, & dies festos ipsorum, & in illis dies festos celebraverunt ad horam. *Ibid.* 33. 9.

Spiritus timentium Deum quaritur, & in respectu illius benedicetur. *Ibid.* 34. 14.

Capiatur laqueo oculorum suorum in me, & percussus eum ex labiis caritatis meae. *Judith.* 9. 13.

Etiam si occiderit me (*Deus*) in ipso sperabo. *Job.* 13. 17.

Et ait Judas: Facile est concludi multos in manu paucorum: & non est differentia in conspectu Dei celi liberare in multis, & in paucis. 1. *Mac.* 3. 18.

Sperent in te qui noverunt nomen tuum; quoniam non dereliquisti querentes te Domine. *Psal.* 9. 11.

Ego autem in misericordia tua speravi. Exultabit cor meum in salutari tuo, cantabo Domino qui bona tribuit mihi: & psallam nomini Domini altissimi. *Ibid.* 12. 4.

Quoniam Dominus in generatione justa est, consilium inopis confuditis: quoniam Dominus spes ejus est. *Ibid.* 13. 6.

Hi in curribus; & hi in equis, nos autem in nomine Domini. *Ibid.* 19. 8.

In te speraverunt patres nostri: speraverunt, & liberaisti eos. *Ibid.* 21. 5. Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre: spes mea ab uberibus matris mee. v. 10.

Deus meus in te confido, non erubescam: neque irideant me inimici mei. *Ibid.* 24. 2.

Expecta Dominum, visiliter age: & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. *Ibid.* 26. 14.

Inclina ad me aurem tuam, accelera ut eruas me. Erro mihi in Deum protectorem, & in domum refugii, ut salvum me facias; nam in te Dominus speravi, &c. *Ibidem* 30. 2. *Idem* *Psal.* 70. 1.

Sperantem autem in Domino misericordia circumdabit. *Ibid.* 31. 10.

Ecce oculi Domini super metuentes eum: & in eis qui sperant super misericordia ejus. *Ibid.* 32. 18. *Idem* *Psal.* 146. 10.

Spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabitabit terram, & pascetur in divitiis ejus. *Ibid.* 36. 3.

Beatus vir, cuius est nomen Domini spes ejus: & non respexit in vanitates & insidias falsas. *Ibid.* 39. 5.

Quare tristis es anima mea: & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confiteor illi: salutare vulvas mei, & Deus meus. *Ibidem* 41. 6. *Idem* *Ibidem* vers. 12. *Idem* *Psal.* 42. 5.

In Deo salutare meum, & gloria mea: Deus Deus auxilii mei, & spes mea in Deo est. Sparare in eo omnis congregatio populi, &c. *Ibid.* 61. 8.

Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium sanctorum terre. *Ibid.* 64. 7.

Mihi autem adhaerere Deo bonum est: omnia in Domino Deo spem meam. *Ibid.* 72. 27. *Psal.* 77. 7. *Psal.* 85. 2. *Psal.* 118. 18.

Quoniam in me speravit, liberabo eum. *Ibid.* 90. 14.

Dicit Dominus: Susceptor meus es tu, & refugium meum: Deus meus sperabo in eum. *Ibid.* 91. 1.

Domus Israel speravit in Domino: adiutor eorum, & protector eorum est. *Ibid.* 113. 9. Qui timent Dominum, speraverunt in Domino: adiutor eorum, & protector eorum est. v. 11.

Bonum est confidere in Domino, quam considerare in homine: hominem est sperare in Domino, quam sperare in Principibus. *Ibid.* 112. 8.

A custodia matutina usque ad noctem, speret Israel in Domino. *Ibid.* 119. 6. *Idem* *Psal.* 130. 7.

Clamavi ad te Domine, dixi: Tu es spes mea, portio mea in terra viventium. *Ibid.* 141. 6.

Beatus, cuius Deus Jacob adiutor ejus, spes ejus in Domino Deo ipsius, qui fecit celum & terram; mare & omnia quae in eis sunt. *Ibid.* 145. 5.

Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, bene invidiaris prudentiarum, *Prov.* 3. 5.

Qui sperat in Domino, beatus est. *Ibid.* 16. 20.

Ut sit in Domino fiducia tua, unde & ostendit eam tibi hodie. *Ibid.* 25. 19.

Qui se jactat, & dilatat, jurgia conciat: qui vero sperat in Domino, sanabitur. *Ibid.* 28. 25.

Qui

Qui timet hominem, cito corruet: qui sperat in Domino, subleabitur. *Prov.* 29. 25.

Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est sperantibus in se. *Ibid.* 30. 5.

Et erit in die illa -- innotetur (*Israel*) super Dominum Sanctum Israel in veritate. *Ibid.* 10. 20.

Speratis in Domino in seculis aeternis, in Domino Deo forti in perpetuum. *Ibid.* 26. 4. c. 14. 32.

Et addent mites in Domino latitiam, & pauperes homines in sancto Israel exultabunt, *Ibid.* 29. 19.

Vt filii desertorum, dicit Dominus, ut faceretis consilium, & non ex me: & ordiremini telam, & non per spiritum meum. *Ibid.* 30. 1. Quia haec dicit Dominus Deus Sanctus Israel: Si revertimini, & quiescatis, salvi eritis: in silentio, & in spe eritis fortitudo vestra. v. 15.

Vt qui descendunt in Aegyptum ad auxilium, in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multae sunt; & super equitibus, quia prevalidi nimis; & non sunt confisi super sanctum Israel, & Dominum non requisierunt. *Ibid.* 31. 1. Mich. 7. 10.

Quod si responderis mihi: in Domino Deo nostro confidimus: nonne ipse est, cuius abisti Ezechias excelsa, & altaria, & dixit Jude & Jerusalem: Coram altari isto adorabitis? &c. *Ibid.* 36. 7.

Deus sempiternus Dominus, qui creavit terminos terrae non deficiet, neque laborabit, nec est investigatio sapientiae ejus. Qui dat laelo virtutem, & his, qui non sunt, fortitudinem & robur multiplicat. *Ibid.* 40. 28. *Cap.* 50. 10.

Quid mireris bonam offendere viam tuam ad querendam dilectionem, quae insuper & malitias tuas decucit vias tuas, &c. *Jerem.* 2. 33.

Nolite confidere in verbis mendacii, dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini est. *Ibid.* 7. 4.

Haec dicit Dominus: Non gloriatur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur dives in divitiis suis: sed in hoc gloriatur qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam & iudicium & iustitiam in terra; haec enim placent mihi, ait Dominus. *Ibid.* 9. 13.

Benedictus vir, qui confidit in Domino; & erit Dominus fiducia ejus. *Ibid.* 17. 7. *Job.* 3. 16.

Et liberabo te in die illa, ait Dominus; & non traderis in manus virorum quos tu formidas: sed tuus liberabo te, & gladio non cades, sed erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, ait Dominus. *Ibid.* 39. 17. c. 48. 7.

Pars mea Dominus, dixit anima mea; propterea expectabo eum. *Tirans.* 2. 24.

Et fecit omnes habitatores Aegypti, quia ego Dominus: pro eo quod fuisti baculus arundineus domui Israel. *Ezech.* 29. 6.

Et tu ad Deum tuum converteris: misericordiam & iudicium custodi, & spera in Deo tuo semper. *Isa.* 12. 6.

Nolite credere amico: & nolite confidere in duce: ab ea quae dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui. *Mich.* 7. 5. Ego autem ad Dominum aspiciam, expectabo Deum Salvatorem meum: audiet me Deus meus. v. 7.

Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis: & sciens sperantes in se. *Nam.* 1. 7.

Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus: & qui amat filium aut filiam plusquam me, non est me dignus. *Matth.* 10. 37.

Et in nomine ejus Gentes sperabunt. *Ibid.* 12. 21.

Filii, quam difficile est, confidentes in pecuniis in regnum Dei introire. *Matth.* 20. 24.

Non scinus fidentes in nobis, sed in Deo. 2. *Cor.* 1. 9.

Qui per ipsum (*per Christum*) fideles estis in Deo, qui suscitavit eam a mortuis -- ut fides vestra, & spes esset in Deo. 1. *Petr.* 2. 1.

Omnem sollicitudinem vestram projicientes in eum (*Deum*); quoniam ipsi cura est de vobis. *Ibid.* 5. 7.

Et omnis qui habet hanc spem in eo (*Deo*), sanctificat se, sicut & ille sanctus est. 1. *Juan.* 3. 3.

Quibus voluit Deus notas facere divitias gloriae sacramenti hujus in Gentibus, quod est Christus, in vobis spes gloriae. *Coloss.* 1. 27.

Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis -- memores operis fidei vestrae, & laboris, & caritatis, & sustinentiae spei Domini nostri Jesu Christi, ante Deum & Patrem nostrum. 1. *Th.* 1. 2.

Paulus Apostolus Jesu Christi secundum imperium Dei, Salvatoris nostri, & Jesu Christi spei nostrae. 1. *Tim.* 1. 1.

Divitibus hujus saeculi praecipue non sublimis sapere, neque sapere in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, (qui praestat nobis omnia abunde ad fruendum.) *Ibid.* 6. 17.

Christus vero tanquam filius in domo sua, quae domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spei usque ad fidem firmam retineamus. *Hebr.* 3. 6. *Id.* 6. 11. 19.

Propter quod succincti lumbos mentis vestrae, sobrii perfecte sperate in eam, quae offertur vobis, gratiam in revelationem Jesu Christi. 1. *Petr.* 1. 13. *Id.* 3. 15.

Spei non facit securus, nec excludit timorem. Vide *Timorem*.

Sper

Spes implerem evangetar. & vana sunt omnia in quibus confidit.

An speras in baculo arundineo atque contracto Egypto, super quem si incubiterit homo, & comminatus ingredietur manum ejus, & perlorabit eam? sic est Pharaon Egypti, omnibus qui confidunt in se. 4. Reg. 18. 21.

Quoniam spes impii tamquam lanugo est, & tamquam fumus, qui a vento diffusus est & tamquam memoria hospitii, unius diei prateriens, &c. Sap. 5. 15.

Noli anxius esse in divitiis injustis: non enim proderunt tibi in die obductionis, & vindictae. Eccl. 5. 10.

Sic via omnium, qui obliviscuntur Deum, & spes hypocritae peribit. Job 8. 13. Oculi autem impiorum deficiunt, & effugium posuit ab eis, & spes illorum abominatio animae. Ibid. 11. 20.

Lapides excavant aquae, & alluvione paulatim terra consumitur: & hominem ergo similiter perdes. Ibid. 14. 19.

Hoc scio a principio, ex quo positus est homo super terram: Quod laus impiorum brevis sit, & gaudium hypocritae ad instar puncti. Ibid. 20. 4.

Expectatio iustorum letitia: spes autem impiorum peribit. Prov. 10. 28.

Iustitia simpliciter dirigit viam ejus: & in impietate sua corripit impius. Prov. 11. 5. Desiderium iustorum omne bonum est, praestolatio impiorum furor. v. 23. Cap. 25. 19.

Dixisti enim: Percussurus locus cum morte, & cum inferno: fecimus pactum: Flagellum inundans, cum transierit, non venit super nos: quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus. Isa. 19. 15. Et delebitur locus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit, flagellum inundans, cum transierit, eritis ei in conculcationem. v. 18.

Propterea haec dicit sanctus Israel: Pro eo quod roborastis verbum hoc, & sperastis in casum, & in tumultu, & innixi estis super eos, &c. Ibid. 30. 12. Et dabit Dominus vobis patrem arctum, & aquam brevem: & non faciet avolare a te ultra doctorem tuum; & erunt oculi tui videntes praecceptorem tuum, &c. v. 20.

Quis est vir videns, qui intelligat hoc, & ad quem verbum oris Domini fiat, ut annuntiet illud, quare perierit terra, & exulta sit quasi desertum, eo quod non sit qui pertranseat. Jerem. 9. 12.

Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia ejus. Ibid. 17. 7.

Spes ex praeritis & iam contemptis beneficiis concipienda.

Minor sum, (inquit Jacob) cunctis miserationibus tuis, & veritate tua quam expressisti servo tuo. In baculo meo transivi Jordanem istum: & nunc cum duabus turmis regressor. Erue me de manu fratris mei Esau, quia valde eum timeo, &c. &c. Gen. 32. 10.

Noli metuere, sed recordare quae fecerit Dominus Deus tuus Pharaoni, & cunctis gentibus, & Egyptiis. Non timebis eos, &c. Deut. 7. 18. Vide & 2. Paral. 20. 7.

Si exiens ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus, & curris, & majorem quam tu habes adversarii exercitus multitudinem, non timebis eos: quia Dominus tuus tecum est, qui eduxit te de terra Egypti. Ibid. 20. 1.

Et ait David: Dominus qui eripuit me de manu leonis, & de manu ursi, ipse me liberabit de manu Philistinorum hujus. 1. Reg. 17. 37.

Non timebo militia populi circumdantis me: Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa. Psalm. 3. 7.

Quoniam tu es, (Dominus) qui extraxisti me de ventre: spes mea ab uberibus matris meae. In te projectus sum ex utero: de ventre matris meae Deus meus es tu, ne discesseris a me, &c. Ibid. 31. 10. Item Psalm. 70. 6.

Fidelis Deus, per quem vocati estis. 1. Cor. 1. 9. ipse & confirmabit vos usque in finem sine crimine. v. 8.

Deus qui de tantis periculis nos eripuit, & eruit: in quem speramus, quoniam & adhuc eripiet. 2. Cor. 1. 10.

Confidens hoc ipsum, quia qui cepit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Jesu. Phil. 1. 6. 1. Thess. 5. 24. 2. Petri. 1. 3.

Liberavit me Dominus ab omni opere malo; & salvum faciet in regnum suum caeleste. 1. Tim. 4. 18.

Sperantium in Deum exempla.

Ezechias In Domino Deo Israel speravit: itaque post eum non fuit similis ei de cunctis regibus Juda; sed neque his qui ante eum fuerunt. 2. Reg. 19. 3.

Humilitateque sancti filii Israel in tempore illo, & vehementissime confortati filii Juda, eo quod sperarent in Domino patrum suorum. 2. Par. 13. 18.

Et fuit Dominus cum Josaphat, quia non speravit in Balaam, sed in Deo patris sui, & perrexit in praecipit illius. Isa. 47. 3. Vide & 10. 13: ut supra. Item Davidi Goliath, ut supra. 2. Reg. 22. 2. Vide & etiam Historiam Tobiae. Item Esphor, item Judith.

Laudate

Laudate Dominum Deum nostrum, qui non defecit sperantes in se, &c. Judith. 13. 17. Etiam si occiderint (Deus) in ipso sperabo -- & ipse erit Salvator meus. Job 13. 15. Conf. Cap. 19. 25.

Non sis tu (Deus) mihi formidini, spes mea tu in die afflictionis. Jerem. 17. 17. Haec recoles in corde meo, ideo sperabo. Thren. 3. 21.

Historia de Susanna, quae liberata, exclamavit itaque omnis coetus voce magna, & benedixit Deum, qui salvat sperantes in se: sic erat de Susanna. Dan. 13. 60. erat enim cor ejus fiducia habens in Domino. Ibid. v. 35.

Frater Machabaeus eximiam spem mortis se exaltaverunt, vixit totam praclarissimum in hac re historiam. 2. Mach. 7. 11.

Paulus habebat spem in Deo, &c. Act. 14. 15. 1. Tim. 4. 10. Ephel. 1. 12.

TITULUS XXXI.

Spina.

Spinas & tribulos germinabit tibi laeso terra, & in furore vultus tui veleris pane. Gen. 3. 18. Spinae appellatur sollicitudines hominis mundi, divitiae & voluptates vitae mundanae.

Alia autem ceciderunt in spinas: & creverunt spinae, & suffocaverunt ea. Marc. 13. 7. Hic est qui verbum audit, & sollicitudo saeculi istius & fallacia divitiarum suffocant verbum, & sine fructu efficitur. v. 22.

Cum audisset autem adolescens verbum, abiit tristis: erat enim habens multas possessiones. Ibid. 19. 22. Item habetur Marc. 10. 22.

Et alius cecidit inter spinas, & simul exorta spinae suffocaverunt illud. Luc. 8. 7. Quod autem in spinas cecidit: hi sunt qui audiverunt, & a sollicitudinibus, & divitiis, & voluptatibus vitae cunctis suffocantur, & non referunt fructum. v. 14. Item habetur Marc. 4. 7. & 18.

Adhuc unum tibi deest: Omnia quaecumque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo: & veni, sequere me. Hi ille auditus contritatus est, & invenit aliter. Ibid. 18. 22.

TITULUS XXXII.

Spiritus.

Spiritus Sanctus est unus Deus.

Dixit autem Petrus ad Ananiam: Anania, cur tentavisti latians cor tuum, mentiri te Spiritui Sancto, &c. Non es mentitus hominibus, sed Deo. Act. 5. 3. Vide & v. 9.

Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem intempum Dei violaverit, disperdet illum Deus, &c. 1. Cor. 3. 16. Item cap. 6. 19. 2. Cor. 6. 16. Rom. 8. 9.

Spiritus Dei ferebatur super aquas. Gen. 1. 2. Spiritus Domini locutus est per me, & sermo ejus per linguam meam. 2. Reg. 23. 2. Isaia cap. 48. v. 16.

Spiritus ejus (Dei) ornavit caelos: &c. &c. Job 26. 13. Spiritus Dei fecit me. Ibid. 33. 4.

Verbo Domini caeli firmati sunt: & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum. Psalm. 33. 6. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur. Ibid. 103. 30.

Spiritus Domini replevit orbem terrarum. Sap. 1. 7. Conf. Isa. 6. 3. Israelita ad iracundiam provocaverunt, & affixerunt Spiritum Sanctum. Isa. 63. 10.

Spiritus Domini duxit ejus (Israel) sicut; sic adduxit populum tuum, & faceres tibi nomen gloriae. Ibid. v. 14.

Cum autem traderet vos, nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquamini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Rom. 8. 19. Marc. 13. 11. Act. 2. 4.

Omne peccatum & blasphemia remittitur hominibus, spiritus autem blasphemiam non remittit. Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc saeculo, neque in futuro. Ibid. 12. 31.

Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Ibid. 28. 19.

Paracletus autem Spiritus Sanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Joan. 14. 26. Ibid. 14. 16. c. 15. 26. c. 16. 7.

Ministrantibus autem illis Domino, & junantibus, dixit illis Spiritus Sanctus; Segregate mihi Saulum & Barnabam, in opus ad quod assumpsi eos. Act. 13. 2.

Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam adquisivit sanguine suo. Ibid. 20. 28.

Spiri-

Spiritus adjuvat infirmitatem nostram: nam quid oremus, sicut oportet, nescimus, sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. *Rom. 8. 26.* Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, si sunt filii Dei. *Ibid. v. 14.*

Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei: — nam quæ Dei sunt, nemo cognovit nisi Spiritus Dei. *1. Cor. 2. 11.*

Sed sanctificati estis, sed justificati estis, in nomine Domini nostri Jesu Christi, & in Spiritu Dei nostri. *Ibid. 6. 11.*

Varie dantur varia ejusdem Spiritus Sancti charismata. Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult. *Ibid. 12. 11.*

Gratia Domini nostri Jesu Christi, & caritas Dei, & communicatio Sancti Spiritus fit cum omnibus vobis. *2. Cor. 13. 13.*

Et nolite contristare Spiritum Sanctum Dei: in quo signati estis in diem redemptionis. *Ephes. 4. 30.*

Bonum depositum custodi per Spiritum Sanctum, qui habitat in nobis. *2. Tim. 1. 14.*

Deus secundum suam misericordiam salvos nos fecit, per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus Sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum: ut justificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vitæ æternæ. *Tit. 3. 5.*

Et Spiritus est, qui testificatur, quoniam Christus est veritas: Quoniam tres sunt, qui testimonium dant in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus: & hi tres unum sunt. *1. Joan. 5. 6.*

Qui habet aures, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis. *Apoc. 2. 7.*

Spiritus Sanctus promittitur.

Effundam enim aquas super siccantem, & fluentia super aridam: effundam Spiritum meum super fenum tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam. *Isa. 44. 3.*

Et dabo eis cor unum, & Spiritum novum tribuam in visceribus eorum: & auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum. *Ezech. 11. 19. Idem repetitur Cap. 36. 25.*

Et non abscondam ultra faciem meam ab eis, eo quod effuderim Spiritum meum super omnem domum Israel, ait Dominus Deus. *Ibid. 39. 29.*

Effundam Spiritum meum super omnem carnem: & prophetabunt filii vestri, & filiae vestre: senes vestri somnia somniant, & juvenes vestri visiones videbunt. *Jer. 2. 28. Actorum 2. 17.*

Ego quidem baptizo vos in aqua in penitentiam: qui autem post me venturus est, fortior me est, cujus non sum dignus calcamenta portare: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. *Matth. 3. 11.*

Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum: nondum enim erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus. *Joan. 7. 39.*

Et ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere. *Ibid. 14. 16.* Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quaecumque dixerò vobis. *v. 26.*

Cum autem venerit Paraclitus quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. *Joan. 15. 26.*

Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis ut ego vadam; si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. *Ibid. 16. 7.*

Mittitur Spiritus Sanctus.

ET cum compleverentur dies Pentecostes erant omnes pariter in eodem loco: & factus est repente de cælo sonus, tamquam adveniens Spiritus vehemens, & replevit totam domum ubi erant sedentes. *Act. 2. 1. Vide totum caput.*

Spiritus Dei educit mentes.

Perge igitur (ait Dominus ad Moysen) & ego ero in ore tuo: doceboque te quid loquaris. *Exod. 4. 12. Genf. Matth. 10. 20.*

Intellectum tibi dabo, & instruum te in via hac quæ gradieris: firmabo super te oculos meos. *Psal. 31. 8.*

Ego Joannes, ait Dominus, Universos filios tuos doctos a Domino, & multitudinem peccati filii tuis. Et in justitia fundaberis. *Isa. 54. 13.*

Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. *Matth. 10. 20.*

Ego cum duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini: sed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini: non enim vos estis loquentes, sed Spiritus Sanctus. *Matth. 13. 11.*

Cum autem inducent vos in synagogas, & ad magistratus, & potestates, nolite solliciti esse qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim Sanctus docebit vos in ipsa hora, quid oporteat vos dicere. *Luc. 12. 11.*

Ponite ergo in cordibus vestris, non præmeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes adversarii vestri. *Ibid. 21. 14.*

Et

Et scriptum est in prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audivit a patre, & didicit, venit ad me. *Joan. 5. 45.*

Et ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum. *Ibid. 14. 16.* Paraclitus autem Spiritus Sanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quaecumque dixerò vobis. *ib. v. 26.*

Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. *Ibid. 15. 26.*

Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: non enim loquitur a semetipso, sed quaecumque audiet loquetur, & quæ ventura sunt annuntiabit vobis. *ib. 16. 13.*

Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus Spiritus. *Ibid. 5. 5.*

In qua & vos cum audissetis verbum veritatis (Evangelium salutis vestræ) in quo & credentes signati estis Spiritu promissionis Sancto, qui est pignus hereditatis nostræ. *Ephes. 1. 13. v. 14. 23.*

Et vos unctiorem quam accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis ut aliquis doceat vos: sed sicut unctio ejus docet vos de omnibus, & verum est, & non est mendacium. Et sicut docuit vos: manete in eo. *2. Joan. 2. 27.*

Spiritus probandi sunt an ex Deo sint.

ET dixerant illi Ozias, & presbyteri: Omnia, quæ locuta es, vera sunt, & non est in sermonibus tuis ulla reprehensio. *Judic. 8. 28.*

Propheta autem duo aut tres dicant, & ceteri dijudicent. *1. Cor. 14. 19.*

Omnia autem probate; quod bonum est tenete. *1. Thes. 5. 21.*

Carissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint, quoniam multi pseudoprophetae exierunt in mundum. *1. Joan. 4. 1.*

TITULUS XXXIII.

Sponsus.

Sponsus spiritualis Ecclesie est Christus.

QUIA dominabitur tui quia te fecit, Dominus exercituum nomen ejus: & redemptor tuus sanctus Israel, Deus omnis terræ vocabitur. *Isa. 54. 5.*

Non vocaberis ultra Derelicta: & terra tua non vocabitur amplius Desolata: sed vocaberis Voluntas mea in ea, & terra tua inhabitata, quia complacuit Domino in te: & terra tua inhabitabitur. *Ibid. 62. 4.*

Utique quo delitibus dissolveris filia vaga? quia creavit Dominus novum super terram: Femina circumdabit virum. *Jerem. 31. 22.*

Et transivi per te (Jerusalem) & vidi te: & ecce tempus tuum, tempus amantium, & expandi amicum meum super te, & operui ignominiam tuam. Et juravi tibi, & ingressus sum pactum tecum, ait Dominus Deus, & facta es mihi, &c. *Ezra. 16. 8.*

Et ait illis Jesus: Numquid possunt filii sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus? Vident autem dies cum auferetur ab eis sponsus: & tunc jejunabunt. *Matth. 9. 51.*

Tunc simile erit regnum celorum decem virginibus: quæ accipientes lampades suas exierunt obviam sponso & sponsæ. *ib. 25. 1.*

Et ait illis Jesus: Numquid possunt filii nuptiarum, quamdiu sponsus cum illis est, jejunare? quanto tempore habent secum sponsum non possunt jejunare. *Matth. 2. 19. Idem habetur 5. 34.*

Qui habet sponfam, sponsus est (ait Joannes): amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum implectum est. *Joan. 3. 29.*

Respondi enim vos uni viro, virginem castam exhibere Christo. *2. Cor. 11. 2.*

Sed sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus. *Ephes. 5. 24.*

Gaudemus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiae Agni, & uxor ejus preparavit se. *Apoc. 19. 7.*

Et ego Joannes vidi sanctam civitatem Jerusalem novam descendentem de cælo a Deo, paratam sicut sponfam, ornata viro suo. *Ibid. 21. 2.*

Sponsa Christi. Vide Ecclesia.

TITULUS XXXIV.

Strages.

TERRIBILI hominum & aliorum animalium strages fuit, quando tempore Noe omnes homines præter oves diluvio perierunt. *Gen. 7. 21.*

113

Illi quatuor reges, qui debellaverunt quingue reges, magnam eadem hominum fecerunt, & devictio usque illis, & perpendo contra illos, licet eorum numerus non sit scriptus peremerunt omnem regionem. Gen. 14. 7.

Quo homines diversis plagis perierunt in Egypto, & Sumeris sicut in mari rubro, numerus maxime factus debet reputari. Ezech. 12. 6, 14.

De sexcentis millibus hominum bellatorum, a viginti annis & supra, nullus intravit terram promissionis, sed omnes interierunt in deserto variis calamitatibus, prater Caleb & Josue. Num. 14. 27. Conf. Deut. 1. 35.

Stulti Israel, precepto Moysi de Mandatis maximam securum eadem, quod pater ex hoc, quia corruptis mulieribus & masculis jugulatis triginta dua millia virginum sunt devota. Ibid. 31. 35

Tempore Josue in ingressu terra promissionis, tam in civitatibus, quam in campis suis quod homines infans numerus occisorum. Josue. 6. 7. & 8

Multa millia hominum temporibus Deborah, Gedeonis & Jephthe fuerunt occisa. Judic. 4. 4. usque ad 12

Percutit Jephthas viginti civitates, plaga magna nimis. Ibid. 11. 32

Simeon excacatus & Illus ab hostibus plures interfecit mortis quam vitus, nam vitus tacitis alitum maxilla asuit mille vitos interfecit. Ibid. 16. 27. Sed mortuos totam domum qua erat plena virorum ac mulierum, cum omnibus principibus Philistinorum, ad deo lecto solario circiter tria millia utriusque sexus spectantes lucentem Samson, destraxit domum & hoc omnes interfecit secum. cap. 15. 16.

Occisione uxoris Levita, fuerunt occisa septuaginta millia hominum bellatorum, prater mulieres & parvulos, qui omnes in tribu Benjamin perierunt, nec erat ultra requies morientium. Judic. 20. 43

In diebus Heli, quando suis capta. arca Domini, ceciderunt de Israel triginta millia pedum pugnatorum. 1. Reg. 4. 10

Percutit Jonathas & armiger ejus plaga prima viginti virorum, sed postea magna strages facta est & miraculosa. Ibid. 14. 14

Percutitque Saul Amalec, ab Hevila, donec venias ad Sur. Ibid. 15. 7

Interfecto per David Goliath, multi Philistini fuerunt occisi. Ibid. 17. 52

In morte Saul & filiorum ejus multi de Israel ceciderunt. Ibid. 31. 1

Pro peccato elationis David ceciderunt in numeratione populi septuaginta millia virorum. 2. Reg. 24. 15

Vide per totum caput stragem magnam. 3. Reg. 20. 11

Abia percussit & vulneravit ex Israel quingenta millia virorum fortium. 2. Par. 13. 17

Asa Zaram regem Ethiopum cum exercitu mille millium divino auxilio occidit ad intercessionem. Ibid. 14. per totum.

Occiditque Phaceo, filius Romelias, de Juda centum viginti millia in die uno, omnes viros bellatores: eo quod reliquissent Dominum. ibi. 28. 6

Percutit Angelus Domini in una nocte in castris Assyriorum centum octoginta quingue millia propter blasphemia, & ipse Sennacherib rex surgens silentio, & videns corpora mortuorum recedens interfecit est a filijs suis in templo idolorum suorum. 4. Reg. 19. 35

Occisione superbi, & crudelissimi, occisus in regno Assuri 75000. hominum. Esh. 9. 16

Occisi sunt duo die centum millia hominum de Antiochiis. 1. Mach. 11. 48

Tanta cedes hominum fuit in Jerusalem, quando Antiochus Epiphanes eam cepit, ut toto reliquo sacro interfecti octoginta millia hominum, & quadraginta millia virgini, non minus venudati. 2. Mach. 5. 14

Adversus Galatas sex millia soli peremerunt centum viginti millia, propter auxilium illi datum. 2. Mach. 8. 20

Judas Machabaeus occidit in primo consilio super novem millia hominum de illis qui erant cum Nabore: Ezech. 4. 24. Deinde cum Timotheo & Bacchide super viginti millia. v. 30.

Iterum plus quam viginti millia percussit. Ibid. 10. 23

Vulcano millia pedum, & galatam mille sexcentas. Lege usque ad finem libri & invenies innumerum numerum. Ibid. 11. 17

T E T U L U S XXXV.

Stultitia.

Stultiloquium mulierum; vide mulierum stultiloquium.

Stultorum & Stultitia, seu stulte factorum exempla.

Arcus & seror eius Maria a spiritibus Messis & Isaac supra, repetit infecta, ait ad Moysem: Obsecro Domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum, quod stulte commissimus. Num. 12. 12. Sic & Israelita fecerunt contra Dominum. Deut. 32. 6. Jerem. 4. 22. c. 5. 21. Item Saul, nisi arguerit eum Samuel. 1. Reg. 13. 13. Sic & Saul ipse confitetur. Capite 26. 21. Apparet enim quod stulte egerim, &c.

David apud Achis regem Geth stultum se & demerentem pro timore simulat. 1. Reg. 27. 13. Sed vere stulte egi nimis in numeratione populi, uti pavore hic confitetur David. 2. Reg. 24. 10.

166

Vide videm historiam de stulto Nabal, quem stultitia ferme in ruinam misisset. 1. Reg. 25. 45. Propheta in faciem regi Asa dixit: Stulte igitur egisti, & propter hoc ex presenti tempore advenit te bella confluent; sed nihilominus perrexit Asa in stultitia, & pernam sensit. 2. Paral. 16. 9

Job uxori suae respondet: Quasi una de stultis mulieribus locuta es, &c. Job 2. 10. Simile vide in uxore Tobiae, & Amicis. Tob. 2. 17

Stulti principes Taneos, Sapientes consilia Pharaonis, dederunt consilium insipiens: Tales stulti Pharisaei ex effatu Christi. Isa. 19. 11. Matt. 23. 17

Autem omnia colligenti in annos plurimos, dicitur: Stulte, hac nocte animam tuam repetet a te: quae autem parasti, cujus erunt? Luc. 12. 20

O stulti & tardi corde ad credendum, inquit Christus ad Apostolos suos. Ibid. 24. 25

Quia cum (Gentes) cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt: sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, &c. &c. Rom. 1. 21. ad Ephel. 4. 17. Item Galat. 5. 1

Qui patiens est, multa gubernatur prudentia: qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam. Prov. 14. 29

Honor est homini, qui separat se a contentionibus: omnes autem stulti miscuntur contumeliosis. Ibid. 20. 3

Quomodo nix in aestate, & pluviae in messe: sic indecens est stulto gloria. Ibid. 26. 1

Si contuderis stultum in pilea quasi pitamas, feriente desuper pileo, non auferetur ab eo stultitia ejus. Ibid. 27. 22

Non est audita in terra Chanaan, neque visa est in Theman: Filii quoque Agar, qui exquirunt prudentiam, quae de terra est, negotiatores Merthae, & Theman, & fabulatores, & exquirunt prudentiam, & intelligentiam; viam autem sapientiae nescierunt, neque commemorati sunt femitas ejus. Baruch 3. 22

Stultorum infinitus est numerus. Eccles. 1. 17

Fatus in risu exultat vocem suam: vir autem sapiens, vix tacite ridebit. Eccles. 5. 1. 23

In ore fatuorum cor illorum, & in corde sapientium os illorum. Ibid. 21. 29. Vide totum contextum.

Cor sapientis in dextera ejus, & cor stulti in sinistra illius. Eccles. 10. 2

Contra malum bonum est, & contra mortem vita: sic & contra virum justum peccator. Et sic intueri in omnia opera Altissimi. Duo & duo, & unum contra unum. Eccles. 33. 15

Et omnis, qui audit verba mea haec, & non facit ea, similis erit viro stulto qui aedificavit domum suam super arenam. Matt. 7. 26. Cap. 25. 2

Nec nominetur in vobis -- aut turpitudine, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quae ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio. Ephes. 5. 3. Rom. 1. 30

Stultitia est apud Deum sapientia hujus mundi.

Verbum enim crucis, perentibus quidem stultitia est: iis autem qui salvi sunt, id est nobis, Dei virtus est. 1. Cor. 1. 18. Nos autem praedicamus Christum crucifixum, Judaeis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. Ib. v. 23

Sapientia enim hujus mundi, stultitia est apud Deum. Scriptum est enim: Comprehendam sapientes in astutia eorum. Ibid. 3. 19. Job 5. 15

T I T U L U S XXXVI.

Stupor.

Stuporis exempla.

Isaac dum Jacob surrexit benedictionem, adveniens ex post Esau, Expavit --- stupore vehementi: & ultra quam credi potest, admiratus est, &c. Gen. 27. 33

Regina Saba postquam vidit sapientiam Salomonis, & domum quam aedificaverat, nec non & cibaria mensae ejus, & habitacula fervorum, & officia ministrorum --- victimas, &c. &c. non erat pra stupore ultra in ea spiritus. 2. Paral. 9. 3

Cum vidissent Ozias & Erebyteri Judith, stupentes mirati sunt nimis pulcritudinem ejus, quod & consigit exploratoribus Assyriorum. Judic. 16. 7

Daniel stupuit ad visionem Regis Balthassaris. Dan. 8. 27

Et stupebant omnes turbae (propter miracula Christi) & dicebant: Numquid hic est filius David. Matt. 12. 23. Vide idem Luc. 9. 44. Marc. 6. 49. Luc. 5. 26

Stupebat et stupebant (omnes) super doctrina ejus: erat enim docens eos, quasi potestatem habens, & non sic scribae. Marc. 1. 22. Matt. 7. 28. Luc. 4. 32. Luc. 2. 47. in templo.

Stupor enim circumdederat eum (Petrum) & omnes, qui cum illo erant, in captura piscium quam ceperant. Luc. 5. 9

Petrus trementis ac stupens dixit: Domine, quid me vis facere? in sua miracula conversione. Act. 9. 6

Sic